





393
J
23









60 · 10 st

3

HISTORIA ET GENEALOGIA BREDERODIORVM; ILLVSTRISSIMÆ GENTIS HOLLANDIÆ.

P. Cornelissonij Bockenbergij Goudani.

Eccles. 1. 20.
Qui multis vtitur verbis lædet animam suam.



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officina Ioannis Paetsij.
M. D. LXXXVII.

VALRAVIO TERTIO, ILLVSTRI BREDERODÆ DOMINO, &c.

P. C. Bockenbergius. S. P. D.



Vm summa fide ac diligẽtia Illustrissimę Gẽtis tuæ Heros Inclyte pertractassem Historiã, iamq́ue à pristinis delitijs & grauioribus studijs, aliquamdiu remissum atq; distractum animũ collecturus, optimis tantum Auctoribus vacarem, & inter alia Epitaphium Platonis (quẽ omniũ qui scripserunt aut locuti sunt, & copia dicendi & grauitate longè Principẽ vocat Cicero) legendo percurrerem; forteq́ue vox tua, præsente I. V. Doctore D. Frederico à Boeymer, in foro nuper prolata, in memoria mea adhuc inside- Menexenum, vel L. de Attica Antiquitate.

 ret,

ret; vel maximè id mihi oportunè & quaſi aliquo demonſtrante videbatur occurrere; *Gloria parentum Natis præclarus eſt magnificuſq; theſaurus; vti verò pecuniarum honorũque theſauro, & hunc ad poſteros non tranſfundere, propriæ poſſeſſionis gloriæque penuria, turpe & à viri generoſitate penitus alienum.*

Quanquam enim ad Te magis quã ad me aut vllum alium, omnes inclytę Proſapiæ tuæ pertineant Gentiles, ita vt pro Eorum gloria propugnare, reſque ab Illis geſtas, & Nobiliſſimæ ſtirpis ad Te vſque per multa ſecula productam ſeriem, nemo æquè teneatur futurorũ Brederodiorum Proli cõmendare, quæ ne (laude factiſque Parentum ineptè ſe titillantium more, cum à cõeſtata eorum virtute longè degenerauerint ſintque nequiſſimi) modeſtiæ tuæ limites hoc rerũ ſtatu videare prętergredi, non magni

magni Te facere intellexi, Ipſe tamen cum omnis Batauinę ſobolis tum Clarit[is] Tuæ meoque nomine (qui quotquot Patriam vel iuuerunt vel ornauerũt æterna pręſertim inter ſuos memoria dignos duco) Brederodios vt Gloriæ Batauicæ olim præclaros Vindices, & velut Hollandiæ poſt Principes, Parentes alteros, aut ſanè alumnos pręcipuos, celebraui; Eorumque monimẽta cum omnibus chariſſima, tum etiam Clarit[i]. Tuæ (vt ſpero) multò futura chariora, Tibi Illuſtris Heros, periculo meo dicaui; Meque ab illa quã vrſi nota, quaſi Tuorum laudes mihi quoque partim vendicans, mea me ſponte vindicaſſe, ne Rebus Batauiæ iucunda & vtilis Brederodiorũ deeſſet Hiſtoria, iure quodã gaudere poſſe exiſtimo. Quod ſi interim ambitionis ſuſpicione, Clarit[em]. Tuam nondũ liberari, & chriſtianã il-

lam sanctamque Modestiã, munus hoc vltro oblatum vna aut vtraque manu gratè accipiẽs veluti contagione aliqua contaminari censes, Senecę lectionem repetamus: *Nemo in nostram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit nostrum est*, inquit Ille: *Animus facit Nobilẽ, cui ex quacũque cõditione supra fortunam licet surgere.* Nota hæc & scriptis meis olim nõ temerè præmissa sentẽtia, sinistras illas quas vereris saniorum Hominum opiniones facilè anticipauit. Alij verò, si contra vulgare hoc vitium (quo plerique cum magno nominis sui existimationisq; detrimẽto se demulcẽt) (quasi ignauiæ aut ineptæ iactationi Generis splendor egregiũ foret patrociniũ) verã hanc & Imperatorij Præceptoris grauẽ admonitionẽ animis nostris bene teneamus infixã, quid de Nobis sentiant, quidúe loquantur (alterũ enim aut vtrũque

que

que facturi sunt) ipsi videant. Macte igitur modestia, pro te hęc virtus, sed Maiorum tuorum gloria, pro Patria nostra stabit, quæ sibi quodãmodo cõgratulatur, & suo more verecundè gloriatur, quod Hos tantos suos heroas, item & Alios olim Illustres Viros, quasi ab inferis aut è cœlo ad vitã hanc reuocatos, apud toto orbe dispersos Principes, & remotissimos Populos, Maiestatis suæ fidelissimos testes, perpetuo deinceps suspiciẽdos videat. Teque cũ à Regulorũ suorum tum à Maiorũ tuorũ interitu, & post plurimas suas Illustres deletas, aut indignè varijs casibus distractas familias (quas olim Quingentos simul Equestri dignitate Claros, vno eodemque tẽpore habuisse legimus viros) serio mihi cõmonere videtur, vt postquã nomine illo quod Genti tuæ hactenus fuit hæreditariũ, inter Illustres omnẽq;

ſuam Nobilitatẽ veluti Principẽ, honeſtiſſimo Te loco habet, Animi tui lumine, quia vel nutanti vel firmæ Reipublicæ plurimũ afferre poteſt momẽti, ita Te conſpicuũ reddas, tamque Reuerendum, vt cũ in Te tuumque Nomẽ ſe peramanter cõuertit, cũque Te magnificè eã ornãtes, Te Bataui, Te oppreſſi aut miſeri, Te boni quique intuentur, & obſeruant; tum quoque, vt Nobiliũ
Cap. 5. l. 6. Politicorum. mentẽ habentium id eſſe inſinuat Ariſtoteles, fidem & operã Maioribus tuis Tuaque cum primis Clarit^e. dignã, liberaliter Eis præſtes. Præſtabis autẽ, ſi pro generis illa Nobilitate, & Illuſtrib⁹ Heroibus à natura ferè indita ſingulari indolis pietate, ſemper facilis fueris; ad
.1. ſancta & optima deligenda reijciendaque contraria; ad ſuum cuique tribuendum,
.2. ſocietatemque humanæ coniunctionis ęquè ac magnificè tuendum; ad

ſummæ legi in aduerſis patiendis perfe- .3.
rendiſque parendum, Si denique cadu-
ca, vt Illuſtri animo prorſus indigna .4.
cōtēnens, in omnib⁹ quæ pro Dei Op-
timi gloria, aut Tua Aliorumq́; ſalute
gerēda ſunt, ordine modoq́; decētibus
cōſtāter proceſſeris. hoc eſt, ſi quatuor
Partibus Inſigniū illorum, quæ ab om-
nium Regum aut Principum Fecialib⁹
merito admittēda, & primo vbique lo-
co figēda ſunt, quia ſine his ruit, obſcu-
ratur, & prorſus euaneſcit omnis Nobi-
litas, ita inſtructus atque ornatus fueris,
vt diuinæ huius armaturæ illecebris
fretus atque accenſus, dum concilia cę-
tuſque hominū iure ſociatos, tueri de-
bes atque defendere, quo nihil in terra
Deo eſt gratius, non tam familię vnius
quàm totius Hollādiæ omniumq́ue in
ea mortalium, decus & ornamentum
quoddā, quodque Principes in Repub-

Inſignia veræ Nobilitatis.

licaViros maximè decet, morũ facilitate ac animi mansuetudine, quoad fieri potest, ipsius quoque Patriæ Patrẽ (Cęlestib⁹ ingenijs familiari affectu) Te libenter exhibeas, Eamq́ue iuuãs, augẽs, conseruans atque exornãs, nulla rerum tuarum in pręmijs humanis spe collocata, Animam illã tantis virtutibus verè illustrem, ex corporis hisce custodijs propediem liberandã, & in Sanctorum domiciliũ, magnificè à Beatissimis illis Spiritibus recipiendã non ambigua expectatione cõsideraueris. Equidẽ malo, qua possum animi integritate, Heros Generose, Te futurosq́ue aliquãdo Brederodios, quorũ manibus liber hic cõtrectabitur, hisce adhortari, quã Parasitorum more, cum Brederodiorũ, tum Tuas virtutes ac laudes, quibus lędi atq; offendi ex altera parte poteras, prolixè commemorare. Poscit enim muneris
mei

mei auctoritas, vt ab assentatione alienissimus, in priuati aut dignitate clari, vel in Principis etiã alicuius gratiã, nihil solutè & nullo cum fructu, more eorũ qui literis & otio abutuntur, scribã, sed vt veris Rerum gestarũ monimentis, & omnibus his quæ quidẽ ex pectore animoque hoc meo per calamũ ad omne Hominum genus fluere atque manare possunt, sine adulationis, inuidẽtiæ, aut praui alicuius affectus suspicione (vt cũ intolerabili publicarum & priuatarum rerum ruina toto iã terrarũ orbe huiusmodi disseminantur) Religioni, Patriæ, Posteritati, ac reb⁹ deniq; humanis quę sine luce scriptorũ cũ magno Posterorũ dãno ꝑpetuis ignorãtiæ tenebris abdita latere necesse est, sanctissima & nusquã violata fide cõsulere studens, nõ modò à vituperationib⁹ ac calumnijs, sed quoque à laudibus illis sępe obliquè & quasi
vio-

violētia quadā magno legentiū tædio à quibusdā intemperāter affectari solitis, tanquā à peste exitiosa pernicieque detestāda semper abstineam. Quod cum fecero, amplū honoris insigne, & laudis tuæ monimētum satis egregium Ingenuis, fortè & doctis videbitur, Hos meos Brederodios, post interitum Eorū quos tuos vocant, & cum quibus à me posteritati traditus semper spero superstes futurus es, vnius Clarit[is]. Tuę nomini, post tot sæcula ferè tranquilla, quibus Illi diuitijs atque ingenijs floruisse memorātur, hac literis literatisque omnibus infestissima tempestate, non tua sed mea tandem spōte esse dicatos. Accipe igitur Heros Generose hos ipsos, si non vt coniunctionis & mutuę amicitiæ, (quod quidem vehemēter opto) inter me & Brederodios firmandæ pignus, sanè vt Beneuolentiæ meæ erga Te Tuos-

Tuoſq́ue ac Patriam communem noſtram Parẽtem Teſtes quoſdam (ni fallar) idoneos & ſempiternos: Et vt Magnifico Batauiæ nomini, aſſiduis lucubrationibus, aliquid fortè collaturo, maior in reb⁹ arduis neceſſariò obeundis ſuppetat facultas, ſi quod præmium meruiſſe videbor, hunc Animum inter chartas & calamos aſſiduo fatigãdum, Clarit^is^. Tuæ commendet tueaturq́ue auctoritas. Vale Heros Inclyte. Lugduni Batauorum, Anno Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimoſeptimo, Ipſis Bacchanalibus, 4°. Idus Februarij.

Clarit^ti^. Tuæ

Amantiſs^us^.

P. C. Bockenbergius.

LECTORI HISTORIAE BREDERODIORVM.

P. C. Bockenbergius. S. D.

QVartam Rerum & Personarum Hollandicarum Historiam, non paucis molestijs vndiq; collectam, nec paruo studio examinatam edens, hoc tibi persuasum beneuolè Lector velim, Nihil à me omitti, nihilq́ue scribi ex vetustissimis illis aut recentibus monimentis, sine certo iudicio: vt enim apertè falsa, quæ multorum sæpe collatis opinionibus deprehenduntur, ab omni procul Historia sunt profliganda, sic quæ simul à plurimis semper cōstanterq́ue sunt tradita, ad Hominum experientiam, hoc est ad lumen rationis (quod homines facit) augendum, iure quodam arbitror suscipienda, nulliusque calumniæ aut iniuriæ metu

sup-

ſupprimenda, quantumcunque ringantur nonnulli, dum ſerio interdum tractari legique vident, quæ fortè non ſtolidè in dubium vocari poſſe exiſtimant, cuiuſmodi vel in primis ſunt multæ Illuſtrium familiarũ Origines; tametſi enim ad fabulas accedãt, quod ſupra hiſtoriæ memoriam ad incerta illa, & obſcura, vel ad huiuſmodi rerum Scriptoribus deſtituta tempora interdum referantur; neglecta nihilominus non ſatis proba illa cenſura, de optimis & modeſtis Ingenijs, pijſque ſcrutatoribus Rerum, non male mereri me ſcio, quod Priſca illa & iniuria temporum, varijſque deſcriptionibus deprauata, imminuta vel aucta, eo quo à Probatiſſimis hactenus cõſeruata aut tradita ſunt modo, in lucem producam, & ex remotis obſcuriſúe licet principijs, Series Rerum & Perſonarum (ſine quibus Tẽpora omnia anteacta fœda caligine obſcurãtur) texã dilucidas, hiſtoriaſque ni fallar

vtiles

vtiles & lectu nõ iniucũdas. Vt enim ea quę à Maioribus olim cõſtat eſſe probata, prorſus negligere impiũ, ita quoad veriora proferantur, Sãctorũ & Doctiſſimorũ hominũ exẽplo, ſine digna cuiuſquã reprehẽſione, vti me illis poſſe non ambigo. Multos ſanè quos Antiquitatẽ venerari audiebã, vel quos Rebus hiſce aliquid addituros ſperabam, vbicũque inueniri illi poterant multis meis incõmodis acceſſi, Sed prę cæteris hoc in opere libris ſcriptiſq; benignè cõceſſis, plurimum iuuerũt, Nobiles nec malè eruditi Viri, Ioãnes Duiuẽuordius; Amelius Amſtelius à Myndẽ; Auguſtinus Teylingius, & Ioannes Viſcærus; *Quos cũ de me tũ de Repub. hoc nomine melius meritos eſſe existima, quod (præter Hominũ quorũdam morẽ, quo omnẽ ferè quã vſquã expertus ſum barbariẽ, ſuperant) ſua libentiſſimè humaniſſimèq; mecũ cõmunicauerint: Vale, & Optimos, occaſione oblata (ſi placet) imitare.*

HISTO-

HISTORIA ET GENEALOGIA, BREDERODIORVM; ILLVSTRISSIMÆ GENTIS, HOLLANDIÆ.

P. C. Bockenbergij Goudani.

.I.

.988. .1030. .42.

ZYPHRIDVS, Arnoldo, Tertio Holladiæ Principe, & Lutcharde, Theophani Imperatoris Gręcorum filia genitus; quod amicitia Theodorici, Secundi Hollandiæ Reguli, & genere Nobilem quendam virum, in ipsa Theodorici Aui sui Aula, inter iurgij maledicta confecerat, apud Gosuinum Stauerenum, in Frisia Vlteriore, potestate dignitateque præcipuum, & (vt creditur) D. Gondeboldi regio genere Illustrem, diu egit extorris; cũque filij suauitatẽ apud eũ obtineret, *Tetburgæ formosissimæ filiæ quoque potitus coniugio, Filium suscepit Theodoricum*. Auo autẽ,

Frisij SICCO.

Goeswijn van Staueren / Potestaet van Vrieslant.

Aliàs, TETTÆ.

Anno Nongentesimo Octuagesimo Ann 988
octauo a Christi natiuitate, grauissima tandem ætate mortuo, cum Arnoldus

Nuptiæ Theodo. 4. Hollan. Reguli.

Hollandici Imperij hæres, Theodoricũ filium, Vitilhildi. 2[i]. Othonis Imperatoris & Saxoniæ Reguli filiæ in matrimoniũ daret, quo plenæ forent nuptiæ dignitatis & gaudij, Germanorũ, aliorumque Principum virorum hortatu, etiam Zyphridum filium inter alios solenniter inuitatos adesse iussit, præsentemque ab olim cõtracta culpa absoluens, humanissimo complexu & osculis gratulabundus suscepit; inde inter epulas fortè, petentibus amicis, vt de fortunis & possessionib⁹ pro dignitate ei prouideret; Dabo ait, Filio meo Zyphrido nostra in Regione, Agros sufficientes, & latis geometriæ interuallis

Brederodici nominis origo.

dimensos; idque verbis vernaculæ linguæ facetè promittens ambiguis; **Ick sal mijn Soon breede roeden gheuen,** cum ipsi Zyphrido Alijsque vocabulum **Breederoede** iucundum videretur & memorabile, quo sempiterna eius

Arx Brederoda.

foret memoria, Castro eius præcipuo & am-

& ampliſſimo non procul Harlemo, ab Arnoldo ędificari cœpto, & regiè a Zyphrido conſummato, cum primis eſt inditũ. Tantiſque tam in meridionali Hollandia, quam in Cunemaria & alibi paſſim auctus eſt bonis (quę tum Quadraginta millibus Franciæ Coronatorum, aut Scutorum, æſtimata ſunt pretio) vt obſcura fama manante facta ſuſpicio ſit, Zyphridum Theodorico fratre, natu fortè maiorem, certo iudicio, ab Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ reiectum eſſe imperio. Verum id quomodocunque ſe habeat, Theodorico abſente, Prouinciarum ei credita eſt adminiſtratio; aliàs perpetuus Cunemariæ Pręſes, & Occidentalis Friſię ſemper Iudex, ac Theodorico fratri, præcipuè verò

18 Anno illo Milleſimo Decimo octauo, quẽ cometes cęſis inter Bodegrauiam & Suamerdamum Vltraiectinis dudum fatalem portenderat, in ducstando exercitu, victorię, conſiliorum, periculorumque ſtrenuus Socius.

Opes Zyphridi.

Videtur ad hoc alludere verſus illi: Sæpe ſtatus morum, &c.

Dignitates Zyphridi.

Vltraiectini cæſi. Bodegrauen. Swamerdam.

Conceſſit vita, à Chriſti natiuitate

30 Anno Milleſimo Trigeſimo, octauo

Nonas Iunij; Et vnà cum Vxore, ſexto Calen. Febr. mortua, in Egmondano celebri Monaſterio, cui multa legarunt bona, magnificè conditus; Hoc olim habuit Epitaphium.

Sæpe ſtatu morũ, ſtat⁹ immutatur honorũ;
Quod Comes exegit, quẽ lapis iſte tegit.
SICCO genus Comitum, Comitatum ponit auitum,
Dum quod amat ſequitur, ſe minor efficitur.
Sed fundis ſeruis, ærisq́; nitebat aceruis,
Inferior ſolo Principe fratre ſuo.
Qui dũ perpendit quò mundi gloria tẽdit,
Iuris multa ſui tradidit huic domui.
Stirps de SICCONE proceßit in hac regione,
Florens diuitijs, viribus, ingenijs.
Iunius in Nonis, tulit hunc vi cõditionis,
Cui ſit vera quies, perpetuuſq́; dies.

.II.

·1030. ·1063. ·33.

THEODORICVS PRIMVS, Zyphridi filius, Cunemariæ Præſes: *Aluerardi, 2ⁱ. Balduini, Domini Hueſdeni* (progenie vt aiunt D. Edmondi Angliæ

Hueſden.

Angliæ Regis Clarissimi) *filiæ, legitimè iunctus, genuit Guilielmum.*

1063 Vita concessit, circa Annum Millesimum Sexagesimumtertium.

Non desunt qui adhunc Theodoricum, Leccanæ & Adrichemæ Gentis originem obscurè referunt. Leck. Adrichem.

.III.

.1063. .1103. .40.

GVILIELMVS PRIMVS, Theodorici Primi filius; Tempore. 5[i]. Theodorici, Septimi Hollandię Reguli Clarus, & nomine Brederodico, inter alios Nobiles primo loco recensus; *Ex Adelheyde, Illustris Seinensis Domini filia, Theodoricum habuit hæredem.* Dochter vā de Graef vā Seine.

1103 Extinctus circa Annum Millesimū Centesimum Tertium.

.IIII.

.1103. .1139. .37.

THEODORICVS SECVNDVS, Guilielmi Primi filius; *ex Agnete Othonis Illustris D. Solmei filia, præter* Dochter vā de Graef vā Solm.

alias proles hæredem habuit Guilielmum.

Extinctus circa Annum Millesimũ 11
Centesimum Trigesimumnonum. Sepultus in Monasterio Egmondano.

.V.

.1139. .1154. .15.

GVILIELMVS SECVNDVS, Theodorici Secundi filius; *ex Catarina Illustris D. Salmensis filia, Florentium habuit hæredem*; cum quo floruisse fertur tempore. 6[i]. Theodorici, Noni Hollandiæ Principis.

Dochter vã de Graef vã Salmen.

Extinctus circa Annum Millesimum 11
Centesimũ Quinquagesimumquartũ.

.VI.

.1154. .1198. .44.

FLORENTIVS, Guilielmi Secũdi filius; *ex Christina Illustris D. Gennepiensis filia, Guilielmum habuit hæredẽ.*

Dochter vã de Graef vã Gennip.

Extinctus circa Annum Millesimũ 18
Centesimũ Nonagesimumoctauum.

VII.

.VII.

.1198. .1221. .23.

GVILIELMVS TERTIVS, Florentij filius; tempore. 7ⁱ. Florentij, Vndecimi Hollandiæ Reguli celebris; *ex Margareta Illustris D. Lippiani filia, Theadoricum habuit hæredem.* Dochter vã de Graef vã der Lippe.

221 Extinctus circa Annum Millesimum Ducentesimum Vigesimumprimum.

Extitit circa Annum Millesimum Ducentesimum tertium, ADELBERTVS BANIAERT A BREROO, *Equestri dignitate insignis, & cum Alijs Hollandiæ Illustribus Viris, Adæ & Ludouici Reguli lossensis imperio rebellis, partibúsque Guilielmi Decimitertij Hollandiæ Principis fidelissimè addictus, & cum Gualtero Egmondano Cunemarijs in bello contra Lossensem præfectus, vt prolixè sub Adæ imperio hæc tractant Annales. Verum an Jllustribus Brederodijs iungendus, & quo loco ponendus sit? hactenus ignoro.*

Baniaert van Breroo.

Bellum cum Regulo Losſensi pro Hollan. imperio.

.VIII.

.1221. .1236. .15.

THEODORICVS TERTIVS, Guilielmi Tertij filius; Hollandiæ

Dochter vā Jõcker Willem vā Hollant / Drossaet vā Hollant.

Adinghem.

Præfectus; *ex Adelheyde* (Patre Guilielmo Hollādiȩ itē Prȩfecto, filio. 1ⁱ. Guilielmi Hollādiæ Reguli, matre filia Domini Adingensis progenita) *suscepit Alphardum hæredem.*

Mortuus circa Annum Millesimum Ducentesimum Trigesimum sextum.

.IX.

.1236. .1253. .17.

Dochter vā de Graef vā Hoorn.

Castelepn van Keysersweert.

Arx Coloniæ Traianæ ægrè expugnata.

ALPHARDVS, Theodorici Tertij filius, *habuit in matrimonio, Beatricem Illustris D. Hornensis filiam, susceptitq́ Guilielmum Dominatus hæredem, & Catarinam, stipulante Guilielmo Imperatore, Hollandiæ Principe, Præfecto Arcis Coloniæ Traianæ* (quem solum ad Romanum nuper euectus imperium, inter Castellorum Præfectos fertur habuisse rebellem, & post annuam obsidionem, magno apparatu, ȩgrè tandem in deditionem coegerat) *nuptam.* Item ex minus legitimo thoro, sed equestri splendore non ignobilem habuit Theodoricum, ex quo Gentem Duijniam esse

Gentis Duijniæ origo.

ortam

ortam (casu quodam stirpi à loco nomine indito) non inurbanè fabulantur.
1253 Mortē obijt, Anno Millesimo Ducentesimo Quinquagesimotertio. Decimotertio Cal. Decembris.

Quidam, Alphardi liberos recensens, tertio loco Theodoricum ponit, dictum Vanderduyniū (vtar eius verbis) quod duxisset Matheldim filiam ac hæredem familiæ Vanderduyniæ, ortæ è Comitum Verdunorum familia apud Lotharingos. vt mihi è manuscripto demonstrauit libello Guilielmus Vanderduynius (inquit) qui scriptus est ante cētum annos, ac fratri suo Nicolao Vanderduynio Venationis apud Hollandos Præfecto dono datus ab Henrico 20. Brederodij Domino, continens Dominorum vitam. Insignia Vanderduyniorum fuere deambulans in scuto purpureo ceruus albus, cornua habens ex nigro ac albo colore mixta, quæ Theodoricus hic omittens, paterna paucis mutatis seruauit. Atque hæc quidem ille (de familijs Illustribus etsi deceptus hallucinatusq́ interdum sit, non malè meritus) quarto denique loco Theodoricum Nothum subiungens.

Vanderduyn.

Verduni Comites.

Insignia Vāderduyniorum.

.X.

.1253. .1285. .32.

GVILIELMVS QVARTVS, Alphardi fili⁹; In Aula Guilielmi Impera-

Dignitas Guilielmi.

peratoris Hollandiæ Reguli, præcipuè Illuſtris, Equitumq́ue Nobilim Magiſter. An°. Milleſimo Ducēteſimo Qua- 124
drageſimooctauo, Decimoquarto Calen. Iulij, Vim priuilegij Vltraiectinis publicis literis ab Imperatore indultā, ſimul cum Alijs Primi Ordinis Nobilibus teſtimonio ſuo conſignauit.

Priuilegia Vltraiectina.

Anno Milleſimo Ducēteſimo Quin- 125
quageſimo quinto, Summus Imperatorij Exercitus Pręfectus, cum Imperator manum vnam in Friſios occidētales educeret, morteq́; ſua apud Hochtvvoudam celeberrimę illius cladis ampla eſſet occaſio, Ipſe alteram in Drechtios, inter Hornam & Enchuſam mouens, & fœliciſſimè pugnans, inſignem conſequutus eſt victoriam.

Imperator cæſus.
Hoocht-woude.
Teghens de Drechter-ſche Vrieſen.
Horen.
Enchuyſen.

Ex Hildegonde Henrici Domini Voernēſis filia, Coſtini Domini Reneſſei Vidua (Anno Milleſimo Ducenteſimo Oc- 1285
tuageſimoquinto, tertio Nonas Iunij decedens) *Pium Theodoricum reliquit hæredem.*

Voern.
Reneſs.

XI.

.XI.

.1285. .1318. .33.

THEODORICVS QVARTVS, cognomẽto Pius, Guilielmi Quarti filius; *Suscepit ex Maria Henrici Polanij, Domini Leccani filia, Guilielmum, Theodoricum, & Iuditam.* Dirck de Goedertiere Polanen. Leck.

1285 Anno Millesimo Ducentesimo Octuagesimoquinto, cum Hollandiã Zelandiam & Frisiam aqua longè ac latè magna hominum & iumentorũ strage inundabat, iussu. 5[i]. Florẽtij Hollandię Reguli collectum exercitũ in Occidentales Frisios mouens, præclara & Christianis omnibus imitanda moderatione vsus, præcipuos vndique veluti vadimonio obstrictos tantũ abduxit, ac sine sanguine (quod rarũ erat illi Gẽti) reliquos à temeraria rebellione (multis admirãtibus) ad pristinam Principis sui obedientiam reduxit. Hollan. Zelan. & Frisiæ inundatio. Theodoricus Frisios subigit, sine sanguine.

1295 Anno item Millesimo Ducẽtesimo Nonagesimo quinto, dum Florentius Hollandię Princeps in Anglia cũ .4°. Eduardo Rege ęmulante Guidone Flan- Hollã. Princeps cũ Rege Angliæ confœderatus.

drorum

Guido Walachriam inuadere conanatur.
Catſant.

drorum Regulo, magnam ac firmã inſtitueret amicitiam, Guidoq́ue iam ſecundò in Valachriam offrenatius inuaſurus, Copias ſuas in Catſandiam eduxiſſet, Pius Theodoricus, cũ Ioanne Reneſſeo Hollandos & Zelandos cõciens, dũ interim Florentius certior fact⁹ Vliſſingã venit, Reneſſeuſq́ue Sluſiorum oppidum incendit, Ipſe (fortè ob Principis aduentum & Hollandorum quas nuper magna cum ſua clade, experti erant vires, cunctantibus Flandris) claſſe inſtructa in Catſandiã traijcit, copijſq́ue effuſis, vndique obuia exuſtionibus vaſtans, magna quidẽ ſed temeraria victoriæ expectatione, Guidonis eminus ſe circũfundente exercitu, cum ſimul auxilio adeſſet Reneſſeus, hoſtium ordines prima ſtatim impreſſione facta diffuſos ac vagos, partim cæcidit, partim ſubmerſit, partim fedè palabundos abegit aut cepit; partaq́ue victoria, omni deinde direpta atque incenſa Catſandia, cum manubiorum & Captiuorum inſigni copia, triumphans ad Principem remeauit.

Theod. cum Reneſſeo arma ſumit contra Guidonem.
Vliſſingen.
Sluſa incenſa.

Theodo. in Catſandiam traijcit.

Theod. Flandros cædit.

Catſandia incenſa.

Anno

96 Anno Milleſimo Ducēteſimo Nonageſimoſexto, cùm poſt Florentium à Velſeno nefariè crudeliſſimeque ſublatum, diuiſa atque diſtracta Hollãdia, Hinc à Reinoldo Geldrorum Principe, illinc à Guidone, Ioannis Reguli Hannonienſis fratre, cum magna Populi diſcordia calamitateque adminiſtrabatur, Theodoricus adſcitis Florētio Vtēhagio, cum Gulielmo, hoc Domino, illo Antiſtite Egmondano, captoque cõſilio de Ioanne Florentij filio & hærede, Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ præficiendo Imperio, honeſto cum comitatu, quem Nicolaus Quietenus, temporibus illis inter Hollandos Celeberrimus Gigas mirificè commendabat, ſuis Egmondenſiumque & nullis Patriæ impenſis, Ioannem Principem ſimulque Vxorem Eliſabetam, filiam Eduardi Regis, ſine præmio aut gratia vlla (quibus Pij & Patriæ conſulentes (quo præmia illa ęterna (in quibus ſpē ſuam ponunt) aliquando obtineant) Dei permiſſu ferè fruſtrari ſolent) reduxit ex Anglia. Poſtquam enim regiè

omnes

Hollandia poſt Floren. ſublatũ miſerè vexata.

Vtenhage. Egmondt.

Theod. cum Egmondanis Hollã. Principem reducit ex Anglia.

Gigas Hollandus.

Claes van Kieten van Sparkwoude.

Pij æterna merẽtes præmia, hic præmijs fruſtrãtur.

omnes erant excepti, Nouíque Hollandiæ Principes, fidei & pietati Theodorici sunt commissi, & Nobiles ornatissimæque naues, magna omniū aggratulatione plenis velis Hollandiam peterent, mox mutatis atque aduersis vē-tis, in Zelandiā appulsæ sunt. Vbi Volfardi Borsalij, Domini Verensis, in excipiendis Principibus plus æquo erectus & elatus animus, atque ab Hollādico illo comitatu & à Pio Theodorico præcipuè alienus, cum proprio statim ipse arbitrio omnia ipsius Principis in se negotia ambitiosè suscipiebat, fidelissimos Patriæ & Principibus Dominos, debita gloria præmioque priuauit. Cōuenerant fortè Rimersualæ, vnde vafro Volfardi consilio, Pius Theodoricus cum procurato negotio missus est Zirixeam. Inde cum in Castrum Volfardi se primum receperunt Principes, & iussu Volfardi, Hollandi Alijque quos ille habebat exosos arcerētur, Theodoricus velut de iam compositis rebus per nuncium admonitus, in Hollandiam est reuersus.

Principes Hollandiæ à wolfardo Borsalio in Zelandia excipiuntur.

Volfardus hic, Anno 1300. Delphis dirè trucidatus est.

Theo. Alijq; Hollandi à wolfardo iniuriam accipiunt.

Rimmerswael.

Ziriczee.

Vir

Vir nomine & re pius, modestia, benignitate, armis, virib⁹, animi magnitudine, & cũ primis diuino in cultu inclijtus. 3°. Guilielmo Hollãdiæ Regulo, cui à virtute Boni quoque erat nomẽ, cum Nicolao Domino Putteno, præcipuè in omni re ardua & graui à Con-
1318 silijs; Anno Millesimo Trecentesimo Decimooctauo, cum pietatis & religionis ergo iter per Galliam conficiebat. Remis decimoseptimo Cal. Februarij, egregia fama concedens, ibidem in Dominicanorũ Templo est conditus.

Virtutes & Dignitas Theodo.

Putte.

Peregrinatus Religionis ergo Theodoricus.

GVILIELMVS THEODORICI QVARTI FILIVS NATV MAXIMVS.

Bis matrimonio iunctus; *primo ex Elisabeta Lutzenburgensis Reguli filia, genuit Henricum Duodecimum Brederodæ Dominum; Deinde ex Catarina Guilielmi Domini Teylingij filia & Adelberti Domini Voernensis vidua, suscepit, Theodoricum Decimumtertium Brederodæ Dominum.* Finiuit vitam Anno Millesimo Trecentesimo Decimosexto, biennio ante Patrẽ. Catarina (quę quoad viueret permissu

Dochter vã Lutzẽburch. wt eẽ dochter van de Hertooch van Sassen.

Teylinghe.

Voern.

permissu. 5[i]. Florentij Hollandiæ Reguli Castrum possidebat Teylingium) diē supremum expleuit, Anno Millesimo Trecentesimo Vigesimooctauo.

Het oude Slot Teylinghe tot Warmont.

THEODORICVS THEODORICI QVARTI FILIVS NATV IVNIOR.

Egit in matrimonio Mariæ Domini Buereni filiæ.

Bueren.

IVDITA. THEODORICI QVARTI FILIA,

Data in matrimonium Ioanni Persijno VVaterlandiæ Domino. Anno Millesimo Trecentesimo Quadragesimoseptimo Levvenhorsti nobili Virginum Monasterio sepulta: Illo ad Annum vsque Millesimum Trecentesimū Quinquagesimumtertiū quo vita cōcessit superstite.

Johan Persijn Heer vā Waterlant.

Leewēhorst/ *vulgo* ter Lee.

.XII.

.1318. .1321. 3.

HENRICVS PRIMVS, Isabellę Domini Fontanij filiæ iunctus; mortuo Anno Millesimo Trecentesimo

Dochter des Heeren vāder Fonteyne in Vranckrijck.

mo Decimosexto Parente Guilielmo, Theodorici Quarti filio, successit Auo; Decessitque nulla relicta sobole, Anno
21 Millesimo Trecentesimo Vigesimoprimo.

.XIIII.

.1321. .1377. .56.

THEODORICVS QVINTVS, filius Guilielmi, filij Theodorici Quarti, & Henrici frater; *Matrimonio sociatus Beatrici filiæ Valrauij, Valquen-* Walckenburch.
burgi & Montiouæ Domini, suscepit Rei- Montiouwe.
noldum Dominatus hæredem, Theodoricū & Guilielmum nobiles equites, se citius morte absumptos, Valrauium, & Catarinā.
328 Anno Millesimo Trecentesimo Vi- *Massæo 29.*
gesimooctauo, Nono Cal. Septēbris, cum Guilielmus Hollandiæ Regulus, Aliique Equestris ordinis Nobiles viri, Philippo Valesio Galliæ Regi, apud Casletum contra Flandros essent auxilio, Princepsque (vt cum suis in montis radicibus castra habebat) Flādrorū acies ad certam, vt rebantur, Regi necem in- Princeps, & Nobiles Hollandiæ Galliæ Regi auxiliantur. Cassel in Vlaenderk. Bellica Theodorici fortitudo.

ferendã magno impetu ex oppido pro-
ruentes, primò generoſe ſuſtentabat,
Hollandiæ Princeps equo deiectus. tandemque perrumpens equo delap-
ſus circumueniebatur, Illuſtris Heros
Oſteruant. cum Oſteruandiæ Comite Principis
Arkel. Leyden. filio, Ioanne Arquelio, Philippo Caſtri
Egmondt. Cruyninge. Leydenſis Præfecto, Ioanne Egmon-
Polanen. Haemſtede. dano, Arnoldo Cruningio, Ioanne Po-
Duyuen-uoorde. lanienſi, item Ioanne Haemſtedio, &
Guilielmo Duiuẽuordio, pręcipuè ſeſe
obijciens, ac Principẽ equo reſtituens,
celebris illius Victorię conſpicuus So-
cius, fediſſimæque Flandrorum cladis
teſtis fuit non ignobilis.

Theod. fortiter pugnat ad Moſam pro Hollan. Domina. Anno item Milleſimo Trecẽteſimo 135
Quinquageſimo primo, in Auxilijs
Margaretæ Hollandiæ Dominæ, inter
Brielam & Graueſandam cum Guiliel-
mo filio cruentiſſimè congredientis fi-
deliſſimus, ipſa Principe metu in An-
gliam profugiente, diutiſſimè inter ela-
bentes aut cæſos, ſuſtentans pugnam,
tandemque fortuna magis quã virtute
Theodoricus capitur. aut viribus deſtitutus, viuus in hoſtiũ
venit poteſtatem. Dimiſſus poſtquam
pace compoſita, Hollandiæ Zelandiæ
& Friſiæ

& Frisiæ imperium filio relictum, Mater Hannonia contenta fuit.

Diem obijt supremum, Vir corpore firmo, & valido, ingens animi, Anno
77 Millesimo Trecẽtesimo Septuagesimo septimo, Decimo Cal. Octobris. Harlemi apud Montis Carmeli Religiosos humatus.

*Hic Theodoricus (ait Auctor Rerum Burgundicarum) duxit Beatricem Valkenburgicã, cuius Pater Walrauius Valkenburgi ac Montiuæ Dominus originem ducit, è Filio natu minimo Ducis Limburgi, * duxeratq́ in Uxorem Philippum Reinoldi Comitis Geldriæ postremi ‡Filiam, è qua genuit filios tres ac totidem filias. Filiorum natu maximus* Reinoldus *Valkenburgi ac Montiuæ Dominus, nullis ex Elizabetha Comitis Iuliaci Filia susceptis liberis, obijt.* Theodoricus, *alter Filius, † fratri succedẽs, ducta hærede Domini Vornani, nullis ex ea genitis liberis occubuit, Anno Millesimo Trecentesimo Quadragesimosexto, prœlio leodiensi.* Ioannes, *tertio loco natus, duxerat Ioannam hæredem Domini Bergæ ad Scaldim, sed qui liberis quoque non procreatis è viuis decessit. BEATRIX filiarum natu maxima, nupsit dicto Theodorico.* Philippa *altera Filia, nullis genitis liberis obijt.* Maria *tertia Filia, Abbas fuit Mabusæ apud Hannones. Quamob-*

Filij VValrauij Valkenburgij.

Limburch.

* Et è Filia Dynastæ Lossensis,

‡ ex Margareta Reguli Flandriæ Filia.

† Burchgrauius Zelandiæ, Machtild/ eenige dochter van Voorn.

Berghẽ opt Zoom.

Abdesse vã Mabeus.

Valkēburgij & Montiouæ dominatus ad Brederodios venit.
rē iusta ratione ditio Valkenburgica ac Montiuæ, ad Theodoricum hunc Brederodicum erat deuoluta, si non obstitisset actio Ducum Limburgi, cuius Valkenburgum ac Montiua, feudaria sunt Beneficia, in Filias non succedentia,
Feudum malum.
quæ vulgo vocant feuda mala. Non omisit tamen ex eo tēpore Brederodius insignia Valkenburgēsia cū suis vno in scuto miscere. Hæc ille.
Brederodica & Valkēburgica insignia iuncta.

VALRAVIVS THEODORICI QVINTI FILIVS NATV IVNIOR,

Pacto Matrimonij, Bertæ Ioannis Domini Egmondani filię iunctus, nulla suscepta prole, Anno Millesimo Trecētesimo Sexagesimonono, circa Decimūsextū Cal. Augusti terrę redditus.
Egmondt.

CATARINA THEODORICI QVINTI FILIA,

Ioanni, Polanij & Leccæ Domino nupta, Anno Millesimo Trecentesimo Sexagesimosecundo, Monasterij non procul Grauesanda sepulta.
Polanen. Lecke.
Tot Munster byGrauesande.

.XIIII.

.1377. .1390. .13.

REINOLDVS PRIMVS, Theodorici

rici Quinti filius; Anno Millesimo Trecentesimo Quadragesimooctauo, ad Cal. circiter Octobris, quod iussu Adelberti Principis, qui ob fratris insaniam Hollandiam administrabat, Cunemariæ Præturam a Ioanne Blomesteyno depositam suscepisset, ab Asellinis ad Castrichemum ex insidijs circumfluētibus cum extremo vitę periculo conclusus, equum fortissimè concitans, ac trib⁹ assequi nequeuntibus famulis ab eis cęsis, Castrichemi in templo se muniens, Ipsisque omni statim festinatione in hostes effusis Castrichemis, ægrè euasit.

Joan van Blomesteyn/Baliu vā Kermerlant afgheset.

Castrichē.

Reinoldi vitæ discrimē.

Famuli cæsi.

Hostes Reinoldi, aut Heemskerkam in Castrum, aut Delphos confugientes, Gualtero Domino Heēskercano & Delphensibus (Adelberto facinus eorū vindicante) multorum malorum ansa fuerunt.

Anno Millesimo Trecētesimo Septuagesimosexto, circa Cal. Maij, Ioanni Regulo Blosiensi (cuius matrimonij cum Machtilde filia Reinoldi Geldrię Reguli, Hortante Arnoldo Hornio Pōtifice Vltraiectino, præcipua erat caussa) contra Guilielmum Principem Iuliacensem in Velua ad VVageningam magna manu succurrēs, Henricū Dominū Homoediū, & .N. filium Domini Berculoi. Aliosque pręcipuę nobilitatis

Graue van Bolops.

Succurit Regulo Blosiensi.

Veluwe.

Waghenin ghe. *Hanc Vada a Tacito vocari aiunt.*

Homoedt.

Berculoe.

Dominos, ſeruandos victor abduxit.

Leyden. Swieten. Wassenaer.

Reinol. ab Aſellinis ad cædem quæritur.

Anno Milleſimo Trecẽteſimo Oc- 13
tuageſimoprimo circa Cal. Iunij, Leydæ in ædibus Theodorici Suieteni, cũ Philippo VVaſſenaro, hoſpitio acceptus, extremo veſperi tempore Aſellinis ſeditionem pernicioſè in eos concitãtibus, auxilio Amicorum adiutus, vix viuus cũ ſocio rurſum elapſus eſt.

Dochter vã de Graef vã Gennep.

Reinol. Regulus Gennepienſis & Brederodæ Dominus.

Cartuser tot Diest.

Habuit per nuptias Ioannæ filiæ Illuſtris Domini Gennepienſis, Ditionẽ Gennepienſem, Maiorum ſuorum Dominationi coniunctam, & filios quatuor; Theodoricũ, Anno Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimonono, Dieſtemi apud Brabantos Ordini Cartuſienſi aſcriptum, & in Ordinis illius placitis ac inſtitutis religioſé perſeuerantem; *Ioannem Dominationis hæredem; Valrauium, Ioanne Cartuſiẽſibus item aſcripto, Decimumſextum Brederodæ Dominum, & Guilielmũ.*

Mortẽ obijt, Anno Milleſimo Tre- 139
centeſimo Nonageſimo, fortè Gennepij ſepultus.

Gennepienſe imperium

Mortuo Reinoldo, cum Theodoricus æternam comparaturus hæreditatẽ, è terra & cognatione

natione sua, non reuersurus iam antè abierat, Brederodicus quidem Dominatus Ioanni, at Gennepiense imperium tam Valrauio & Guilielmo quàm Ipsi æqualiter cedens, & mox grauiter oppigneratum successu temporis a Principe Cliuorum coemtum est.

prius diuisum, postea Cliuio cedit.

GVILIELMVS REINOLDI PRIMI FILIVS NATV MINIMVS,

Orbitati filiorũ Valrauij fratris, primum cum Ioanne Vianio, inde solus institutus Tutor, Bonorum non satis strenuus cõseruator, Anno Millesimo Quadringentesimo Decimonono & sequẽtibus, cum Frederico Blanquenhemio Pontifice Vltraiectino, Philippo Arcis Leydensis & Ioanne Arcis Mõtfordiensis Præfectis perpetuis, Ioanne Haemstedę & Bentusæ Domino, Alijsque Optimatib⁹ ab Asellinis Hollandia pulsis cõfœderatus, Ioanni Bauaro, qui Pontificatu Leodiensi abdicato, auxilijs Asellinorum Hollãdiam inuaserat, cum multis grauibusque periculis & incommodis sese opponens, in caussa fuit, cur Arcẽ Brederodicam

Guil. tutor filiorum fratris.
Vianen.
Nec sua nec aliena seruauit.
Nepos.

Guil. cum Pont. Vltraiectino & Alijs Hollandia pulsus coniuratus.
Blanckẽhe.
Burchgraef van Leyden.
Burchgraef van Montfoert.
Haemstede.
Benthusen.
Guil. Ioanni Bauaro se opponit.

Arx Brederodica destruitur.

Amplissimam hactenus & longè pulcherrimã, nullo forte pręsidio, custodiaque nulla munitam, Anno Millesimo Quadringẽtesimo Vigesimo sexto Asellini tandem diruerent.

Guiliel. Dux exercitus Iacobæ, Bello nauali infœliciter pugnat.
Wieringhe.

Inde Anno Millesimo Quadringẽtesimo Vigesimoseptimo, postquã Ioannes vita concesserat, non procul Viringia (vnde totius Hollandiæ inuasionem meditabatur) Exercitus Iacobæ (quam magna expectatione potiundę victoriæ erectam, Hamati vt Veram & hæreditariam Hollandiæ Aliarumque Prouinciarum Dominam honorabãt) Dux & imperator, bello naualiiterum cum Asellinis iniquo Marte congressus, ac inter alios Enchusam ductus, octoginta eorum capite plexis, ob Illustrissimæ stirpis Brederodiorum habitam reuerentiam, vix cum paucis dimissus est.

Enchusen.
Guilielmus capitur, & alijs capite plexis, dimittitur.

Postea Margaretę filię Danielis Domini Mervvedæ & Steyni matrimonio hoc pacto iunctus, vt alterutro mortuo, fortunas possessionesque seruaret superstes; Anno Millesimo Quadringen-

Merwe.
Steyn.

dringen-

dringentesimo Quinquagesimo, qui Iubilatu toto orbe maximè vero Romæ, adeo erat celebris, vt nimia atque incredibili omnium propè simul gentium & populorum compressione, hominum magna multitudo fuerit suffocata; inter Alios cum Coniuge etiã Romam profectus, dum reuertuntur, primum Vxor, & post dies paucos etiã ipse, nulla suscepta prole peste interijt. Quod cum primũ Ioanni Hensbergio Pontifici Leodiensi, propinquo Vxoris agnato nunciatum est, extemplo is Steynum profectus, proprio tantum vtens arbitrio, multa bona præter fas tribuisse cognatæ, sorori iam demortuę, quædam ipse putatur seruasse.

Iubileus memorabilis.

Guilielmus moritur, paulo post Vxorem.

Heusberch.

Steyn.

.XV.

.1377. .1402. .25.

IOANNES, Reinoldi Primi filius; habuit in matrimonio sine prole, Ioannam Guilielmi Domini Apcoudę & Batauoduri filiam.

Apcoude. Wijck te Duerstede.

1396 Anno Millesimo Trecẽtesimo No-

Ioannes bello exercitatur.

nagesimosexto & sequentibus, potentissimis illis expeditionibus Adelberti Hollandiæ Principis in Frisios Orientales exercitatus; Anno Millesimo Tre- 139
cẽtesimo Nonagesimonono proficiscitur in Hiberniam, vbi cum in celebri

Ioan. D. Patritij speluncam ingreditur.

illa D. Patritij Spelunca diebus 40ª. annuo ieiunio sacris perseuerasset, vt aiũt, ipso D. Odulphi festo, ad suos reuersus,

Sacrarium in Porta arenaria Harlemi.

Harlemi in Porta arenaria, Deo Opt. Max°. & D. Patritio Hiberniæ Apostolo, aliquanto post erexit Sacrariũ.

Vxor Ioannis Monasterio includitur.

Anno Millesimo Quadringentesi- 140
mo secundo, Ioannæ coniugi auctor vt spretis quæ vulgus amplectitur, Deo impensius vacaret, postquam Batauoduri Ordinis Dominicani Virginibus erat ascripta,

Ioannes Monasterio includitur.
Conuers Cartuser buyten Wtrecht.
Transtulit dum in Monasterio ageret, Summã D. Ludouici Regis Galliæ, ex Gallico in Vernaculum. Composuit & Rhytmos aliquot in honorẽ B. Mariæ.

Ipse Theodorici fratris fortè exemplo accensus, vitam & habitum Cartusiensium apud Vltraiectũ amplexus est. At Guilielmo Apcoudio Parẽte Vxoris, Anno Millesimo Quadringentesimo Septimo, circa Octauũ Calen. Iunij morte absumpto, quod is Vnicam iam Deo dicatam Ioannam, Dominationis suę proximam reliquisset

ſet hæredem, Aliorum fortè ſequutus inſtinctum, obtinuit (aiunt) a Pontifice Max°. vt relicto Monaſterio, rurſumque iunctus Ioannæ, Apcoudæ & Batauoduri potiretur Dominatu. Quamobrē Anno Milleſimo Quadringenteſimo Decimo. 5°. Idus Aprilis (quod Vxor (neſcio an marito conſentiens) diligenter ſeruabatur, iamque ſæpe petita pertinaciter denegaretur) armata manu Batauodurum (cæſis aliquot oppidanis) ingreſſus, & adamata potitus Vxore, paulo poſt a Frederico Blanquenhemio Pontifice Vltraiectino iuſto cum exercitu violenter Oppidum quoque ingreſſo, captus, ibidem, Iacobo Gaeſbequio (qui loco Patris Suederi Gaeſbequij, Guilielmi Patrui ſui Dominatus ſibi iam vēdicabat) in Caſtro ſeruandus eſt traditus; Vxore verò in Monaſterio, Quarto Idus Ianuarij Anno ſequenti magno mœrore cōſumpta, dimiſſus, caſtraque Regum ac Principum deinceps ſequens, Anno Milleſimo Quadringēteſimo Decimoquinto, Bello. 6ⁱ. Caroli Galliæ & . 5ⁱ. Henrici

Ioannes deſerit vitam Monaſticā.
Apcoude.
Wijck te Duerſtadt.

Ioannes violēta manu recipit Vxorem.
Blankenhē.

Gaeſbeeck.
Ioannes Batauoduri captus.

Vxor Ioānis mœrore cōſumitur.

Ioannes militiā ſequēs, occumbit.

Angliæ

Asincourt. Angliæ Regum, apud Asincourtũ, festo DD. Crispini & Crispiniani, inter innumeros propè Principes, memorabili illa Gallisque funestissima clade occubuit.

Crispini festo, strauit gens Anglica Francos.

.XVI.

.1402. .1417. .15.

VALRAVIVS PRIMVS, Reinoldi Primi filius, & Ioannis frater; An°. Millesimo Trecentesimo Nonagesimonono; cũ Guilielmo Regulo Osteruandiæ, Ioanne Bauaro, Alijsque primi ordinis Nobilib⁹, Frisiorũ nuper acerbissimis bellis subactorũ, rursumq; rebelliũ domitor, Altero Anno cũ Staurenũ Hollandiensi Præsidio munitũ, a Frisijs (rupto iam toties fœdere) esset obsessum, cum Arnoldo Egmondano ab Adelberto Principe egregia manu eò destinatus, & Frisijs (re cognita) diffugientibus, remisso in Hollandiam exercitu, mansit Staureni; factaque sequenti æstate nocturna & inexpectata eruptione, in Molcvveriam vicinũ pagum

Valra. domat Frisios.

Osteruant. Beveren.

Staurenum a Frisijs obsessum.

Valra. cum Egmondano in Frisios.

Molcweer/ eertijts Molcken-huysen.

gum fortiſſimis a Friſijs ſeptum muni-
tionibus, fortè non fidè aut ſtrenuè ſa-
tis defenſus, ſaucius captus eſt, at cito Valrauius capitur.
fœlici vſus aſtutia, erupit, euaſit. Erumpit.

403 Rurſumque Anno Milleſimo Qua-
dringenteſimo tertio, obſeſſo cū Ioan- Gorcomum
ne Arquelio Gorcomiorum oppido, cū cum Ioanne Arquelio
non raro erumpentes incluſi, Nobiliſſi- obſidetur.
mos quoſque ſecum raperent, cōpre- Valrauius capitur.
henſus, obſidione ſoluta, ipſoque Ar-
quelio ab Hollandiæ Principe in gratiā
recepto (quanquam certa cū cuſtodia
& fide publica ad ſuos ſæpe rediret) Tardè libe-
ſeptimo primum Anno redēptus eſt. ratur.

417 Anno Milleſimo Quadringenteſi-
mo Decimoſeptimo, Guilielmo Hol-
landiæ Regulo vita defuncto, Impe-
rijſque Iacobæ filiæ obuenientibus, cū
Ioannes Guilielmuſque fratres Egmō- Iſelſteynum ab Egmon-
dani, antè proſcripti, Iſelſteynienſem danis occu-
dominatū rurſum inuaſerant, Vltraie- patum.
ctenſium & Hollandorum ad arma ex
tempore confluentium, ſimul cū Ioan-
ne Montfordienſi Imperator, Ioannis Henſberch.
Henſbergij Pōtificis Leodienſis inter- Valrauius Iſelſteynum
uentu Egmondanos dimittens, è po- Principi re-
teſtate ſtituit.

testate eorum strenuè vindicatum Dominatū, Principi suæ absenti restituit.

Inde verò Ioannis Bauari Hollandiense Imperium immodicè affectantis auctoritate fretus Egmondanus Ioannes, pro Guilielmo Arquelio nuper item proscripto, inuasit Gorcomum. Quamobrem dum Iacobæ addicti Arcem oppido contiguam ingressi, fortissimè resistunt, gliscentis Ioannis Patrui æmulationis gnara Iacoba, mox ex Hannonia cum Matre accelerans, Valrauium Brederodium, Hollandiæ Zelandiæ & Frisiæ cōstituit Administratorem, ac iusto cum exercitu ipsa Gorcomium profecta atque in Arcem admissa, emissisque cum Imperatore Valrauio (perfracto muro) in Oppidū copijs, & Calend. Nouemb. cruento cōmisso prælio, Oppido quidem plurimisque potita est captiuis, sed inter simul cum præcipuo aduersario Guilielmo Arquelio, vtrinque cæsos, cū Alijs tum Principi Dominæ Charissimus ac vel maximè necessarius, inuentus est, omnium Hamatorum expectatio atque

Ioan. Egmō. inuadit Gorcomum.

Hamati in Arcē Gorcomēsem se recipiunt.

Arx hæc a sexto Guilielmo Parente Dominæ Iacobæ structa est.

Iacoba Gorcomum accelerat.

Valra. Hollā. Zelan. & Frisiæ administrator constituitur.

Pugna cruēta Gorcomi.

Gui. Arquel. & Valrauius Brederodius cæduntur.

atque ſolatium, Heros Valrauius.

Vir corpore & animo firmus, rebuſque geſtis & opibus ſuis a Zyphrido maioribus nihil inferior, Principibus Guilielmo & Iacobæ non ſolum Præcipuus a Cōſilijs, ſed in ſumptibus ſæpe etiā ſubminiſtrandis magno ſuo incommodo fideliſſimus; *Reliquit cum non ita pridem in matrimonium accepta Ioanna Henrici Domini Ameydæ & Vianæ vnica filia, muliebri prole Valrauia grauida, & Anno Milleſimo Quadringenteſimooctauo partu eius enecta, Reinoldum Bimum,* Dominatuum hæredem; & Giſbertum puſionem annalem.* Sepultus cum Coniuge, Vianæ, ad Aram ſummam.

Præſtantia & virtus Valrauij.

* *Alij quinquennē faciunt & ſecundum Annales ſeptēnis fuiſſet, nam Anno 60. ætatis, & a Christo nato 1470. captū fuiſſe ponunt. Ego ſcripta ſequutus bimum facere malui.*

GISBERTVS VALRAVII PRIMI FILIVS NATV IVNIOR.

Anno Milleſimo Quadringēteſimo Quadrageſimoquarto, Hamatis cum Aſellinis tota ferè Hollandia acerrimè diſſidētibus, poſtquam Amſtelredami, ad Cal. Auguſti ſeditione mota, Aſellinos Hamati exegerant, cum Præſidijs accitus,

Aſellini Amſtelredamo pelluntur.

Gisbertus Amstelredamensiũ propugnator.

accitus, nouiſque conſilijs accedente abeunteque interdum Reinoldo fratre, durãte bello, Ciuium propugnator & patronus aſſiduus.

David Burgundus & Stephanus Bavarus Põtificatum Vltraiect. affectant.

Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Quinquageſimoquinto, cum Pontificatus Vltraiectinus, poſt mortem Rodolphi Diepholdij, a Philippo Burgundiæ Principe, miſſo Vltraiectum Ioanne Regulo Naſſouiæ, Dauidi filio, & ab Arnoldo Egmondano Geldrię Principe qui ipſe aderat, Stephano Bauaro, Colonienſi Collegio aſcripto, peteretur, vtriſque poſthabitis, altero feſto Paſcę. 7. Idus Aprilis, Sacerdotum cõcordi ſuffragatione, iam D. Martini & Seruatoris antiquiſſimis præcipuiſque Collegijs ante Prępoſitus eligitur Pontifex. In Vrbem verò Sedemque Pontificiam magnificè admiſſus, quo tutior eſſet, multas ac varias Opificum Congregationes, quas immoderata libertate atque licẽtia inueterata elatas metuebat (dum quietam ac ſtabilẽ ſtatim meditatur Rempublicam) comi vſus lenitate cũ primis eo adduxit, ſecum vt intra

Naſſouwe.

Egmondt.

Soon vand Hertooch vã Beyeren.

Gisbertus Pontifex Vltraiectenſis.

De Gildẽs.

Gisbertus metuit congregationes Vltraiectinas.

vt intra mœnia rurſum reciperent, Reinoldum fratrem, Iacobum Gaeſbecæ & Apcoudæ Dominum, Ioannem Reneſſeum Collegij Summi Decanum; Alioſque Nobiles & Primarios Viros, a Rodolpho nuper proſcriptos. Nec ignarus interim quoſdã ciuilibus dignitatibus hactenus functos, metu redeuntium, ad Diepholdi olim magis quam iam ſuos fautores, Amerſfordiã ſeſe ſubducere, accipit per Legatos a .3°. Frederico Imperatore Auguſto cũ Iuriſdictione Chriſtianis Principibus dari ſolita, ſolennem Gladiũ; Mittitque ad. 3um. Calixtum Pont. Max. ſuſceptæ dignitatis Dominationiſque confirmationem petituros, Guilielmum Pactium, Alphardum Montfordium, Euerardum Soudenbalchium, Hermannũ Rhenenſem, Theodoricum Vtenvverium, & Ludolphum Hornium, inſigni facundia pecuniaque inſtructos viros.

Gisbertus reuocat à Diepholdio proſcriptos. Gaeſbeke. Apcoude. Reneſſe.

Giſbertus accipit ab Imperatore Gladium & Iuriſdictionem.

Giſb. mittit Legatos ad Pont. Max. pro cõfirmatione. Paets. Montfoorde. Soudenbalch. van Rhijn. Wtenweer. van Horen.

Aſellini in Hollandia his intellectis, ſuos itẽ ad Philippum Burgundum hac aut ſimili oratione ſubornatos mittunt Bruxellam: „Tua Illuſtriſſime Prin-

Aſellinorum ad Phil. Burgundum legati.

Asellinorum contra Brederodios oratio.

ceps moderatione & prudentia Rem-,,
publicam noſtram iucundiſſima florẽ-,,
tem tranquillitate & pace, non ſolum,,
grauiſſimis obnoxiam futurã ſeditio-,,
nibus veremur, ſi Giſbertus Bredero-,,
dius a Pontifice Max°. confirmatus Põ-,,
tificatu potiatur Vltraiectino, at mul-,,
tò magis videtur pertimeſcendum, ne,,
Celſit[i]. Tuæ propediem tota eripiatur,,
Hollandia. Reinoldus enim Bredero-,,
dæ Dominus Priſcorũ Hollandię Prin-,,
cipũ vt iactat ſtirpe oriundus, ipſique,,
Hollandiæ iam non obſcurè inhians,,,
poſtquam Optimatium Noſtrorũ non,,
contemnendæ auctoritatis, aliquot iã,,
ſibi cõciliauit animos, Friſioſque Ori-,,
entales, ipſoſque Vltraiectinos vel ad,,
nutum ſtudijs ſuis nouit eſſe addictos,,,
in maxima rerum omniũ & fortuna-,,
rum abundantia, quibus Maiores ſuos,,
antecellit, quodnam ad inuadẽdã tan-,,
dem Hollandiam iunctaſque Prouin-,,
cias, maius ſibi vnquam exoptet præſi-,,
dium, quam vt Giſbertum Germanum,,
fratrem, Pontificatu, Prouincia, atque,,
Imperio frui, & florere videat Vltra-,,
iecten-

,,iectensium. Quæ cum ita sint Inuictis-
,,sime Princeps, quo Hollandiæ grauis-
,,simè periclitanti succurratur, quo pace
,,per te parta diutissimè floreat, quo cæ-
,,des & innocentium hominum strages
,,prouidè impediantur, id nunc maximè
,,agendum, vt Romæ a Pontifice Max°.
,,impetranda Gilberto in Pontificatum
,,& Principatum nuper adoptato, con-
,,firmatio nō succedat. Ad hoc ab Hol-
,,landiæ Ordinibus missi legati, si Hol-
,,landorum incolumitatē, Potentiæ tuæ
,,satis commendatum intellexerimus,
,,fidem damus, pro Imperij tui tuenda
,,gloria, atque ad tam nefaria à ceruici-
,,bus nostris auertenda, Hollandos for-
,,tunas omne, simul & vitam extremo
,,discrimini obiecturos. His (quanquam
confictis & a Brederodiorum cando-
re alienis) excitatus Princeps, inter Le-
gatos alios, Præsulem Atrebatensem,
vt Dauidem filium, Pontificem Mori-
norum, Pontifici Max°. contra Gisber-
tum commendaret, mittit Romam. Iu-
uitque (cum ipsam Gisberti fidē & for-
titudinem, Bello Gandauensi Phillppo

Legatio Philippi Burgūdi ad Pont. Max. pro Dauide.

Accusatur Gisbertus apud Pont. Max.

Principi præstitam (quasi Sacrorũ Canonum violator extitisset initiatus, & iam solennius initiandus humano se sanguine cõtaminasset) acriter calumniantur & vrgent legati) fida Alphonsi Arragoniæ Regis apud Pontificem Max. à Philippo procurata intercessio, Qui Principum potentiæ & voluntati fauens, benignèque rescribens (vt in omni ferè ambitione plurimum valet potentiorum opitulatio) dum Gisberti Oratores acceptis Ducatorũ quatuor millibus diuturna expectatione suspẽsos Romæ detinet, Dauidem in Pontificem Vltraiectensem cõfirmat & promouet. Itaque mox nũcio accepto Philippus, filium vel inuitis Vltraiectinis, magno rerum omniũ apparatu in Vrbẽ introducturus, circa Cal. Octobris instructissima pompa profect⁹ est Grauenhagam, solenniterque cum omniũ pene Regionum suarum Principibus atque Dynastis, ludis epulisque aliquãdiu refectus, Vltraiectinos (primũ Reinoldo Gisberti fratre, non sine magno discrimine ob varias ei ab Asellinis

Rex Arragoniæ intercedit pro Dauide apud Pon. Max.

Summa hæc Gisberto est reddita a Dauide, vt patet in sequentibus.

Dauid cõfirmatur Pont. Vltra.

Philip. Burgun. cũ Principib. Grauẽhagæ se reficit.

Amicorum Gisberti apud Philippũ intercessio.

ſtructas inſidias, Ioanne Cliuiorum Principe, & Pontifice Leodienſiũ Ioãne Henſbergio, Alijſq́ue veluti Fecialibus aliquoties vſos (quo ſcilicet Brederodium Giſbertũ in animos hominũ ipſaque intra mœnia mirifica gratulatione admiſſum, nec parua pro Reipub. ſalute ac pace quotidie ſtrenuè attentantem ſuarum rerum potiri permitteret, filiumq́ue non honeſto ſatis thoro natum, contra maiorum decreta, ad tantum faſtigium non promoueret) Inde inſignem rebellionẽ parantes, dum interim Amerſfordij, Rhenẽſes, & Alij, Burgundos Dauidemq́ue Pontificem admittebant, mileſque hoſtilis inſtabat vndique & graſſabatur) magnę potentię ſuę metu conterritos, facilè fregit. Et Anno ſequenti circa Cal. Auguſti modum controuerſiarũ facturus, Reinoldum Brederodium ad ſe Leydã data publica fide euocat, qui honeſto ſtatim cum equitatu, Henricũ Arcis & Oppidi Montfordienſis Dominum præmittens, poſtridie a Ioanne Reneſſeo Summi Collegij Decano,

Clief.

Henſberch.

Rationes Amicorum Giſberti ad Philippum.

Vltraiectini Rebelles metu Philippi franguntur.

Reinoldus Bred. ad Philippum Leydam euocatur.

Burchgraef van Montfoort.

Reneſſe.

Preys.

eiusque fratre Iacobo Preisio deduct*, longè cum ampliori comitatu ipse adfuit; ac tunc quidē varijs vtrinque pactis nimium dissentientibus nihil constitutum, sed paulo post, quia à cōstanti intercessione Cliuensis Princeps nihil remittebat, Gisberti animo amplissimis tādem promissis expugnato, Iselsteyni, Prede Ipso Cliuorum Principe conuentum est: Vt Gisbertus Bredorodius, Vltraiectino Pontificatu abdicato, Dauidi cedat; Vltraiecti & Brugis, Summis Amplissimisq; vtrobique Collegijs maneat sitque Præpositus; Hollandię Consiliarius duplo gaudeat honorario; Soluatque Dauid Gisberto, pro sumptibus cum Romę tum alibi, factis, Aureorum Leonū Quinquaginta Millia; Ex Morinensi Pontificatu, quotānis, Liliorum aureorum bis mille; ex dominatione Vltraiectensi etiam, annuè, quater mille & ducentos florenorum Rhenensium. His pactis, Dauid ab ipso Gisberto, & Ioanne Renesseo, Collegij illo Præposito hoc Decano, honore ac ritu maiorum vtrinque exceptus,

Cliujæ Principis diligētia pro pace.

Pactio inter Dauidem & Gisbertam.

Præposituram S. Seruatoris, iam contulerat D. Guilielmo Mont fordiēsi.

David in sede Pontificia collocatur Vltraiecti.

ceptus, Patre inſpiciente, celeberrima multorum Principum & omnium Ordinum pompa in Sede Pontificia collocatur. Inde in Tranſiſelanos moturus Philippus, Pontificeq́ue Horſtum abeunte, Vrbem Reinoldo & Giſberto Brederodijs committunt. Vltraiectum Brederodijs cõmittitur.

Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Septuageſimo, Decimoſeptimo Calẽ. Iulij, cum perditorum hominũ in Gentem Brederodicam, fortè quod gloria & magnificentia in dies plurimum augeretur, nequiſſima gliſceret ęmulatio, poſtquam frater eius Reinoldus circũuentus, & Dauidis iuſſu Batauoduri captus eſt, eodem die Dauid vix quatuor comitantibus Vltraiectum accelerans, grauiſſimo campanæ pulſu ciues concit, aduolatq́ue ſtatim rerũ quæ gerebantur ignarus, Dauidi aduentum gratulaturus, auxiliaturuſq́ue quadringẽtis armatis Giſbertus, cui ſubito Dauid, familiariter humero eius manu iniecta, tua ait res agitur, te captũ volumus; Stupefactus Giſbertus Reinoldi fratris in tanto negotio poſcit col- Vatinianum odiũ in Brederodios. Dauid Vltraiectinos cõcit. Giſbertus Dauidi occurrit.

loquium, tum ille, & fratri indita vincula; ad quæ ira excandeſcẽs Georgius Giſberti filius vt proximus ſtabat, Patremq́ue ciuium gratia longè præualere nō ignorabat, Dauidem claua quam manu extulerat vno mactaſſet impetu, ni toto corpore, cum ad Georgij tum ad Populi vim auertendam (vt vel intereundum cum fratris tum propriam innocentiam declarari poſſe ſperabat) maturè ſe oppoſuiſſet Giſbertus. Cūq; Pōtificias ædes ſimul ſunt ingreſſi, Dauide vultum auertente, Giſberto iniecta vincula, & altero die, circa meridiẽ, quo grauior acerbiorq́ue erat contumelia, ſolus aliquamdiu ante fores in curru collocatus (vbi diuinam opem fortè imploranti & Auguſtiſſimū Martinianū illud contuenti, lachrymæ memorantur excidiſſe) cum Dauide vectus Batauodurum, & in alia quam frater incluſus turri, ſtrictè detentus eſt ad Annum vſque Milleſimum Quadringẽteſimum Septuageſimumquartum; cum tamẽ Carolo Burgundo, totoq́ue Ordine Velleris interim opitulante,

Periculum Dauidis.

Giſberto vincula inijciuntur.

Contumelia Giſberto irrogata.

Giſbertus Batauoduri diu captus.

cum Reinoldi tum quoque Gisberti & Aliorum innocentia, ante biennium a perditissimorum Hominum criminatione pręclarè magnificeque foret vindicata. In caussa fuit, & grauis multorum inuidiæ moles, & rursum summū eius expetentium Sacerdotium valida æmulatio, quæ sanè tanta erat, vt etiā totis viribus annitente Reinoldo fratre, postquam absolutus est, neque Potentissimi Caroli Principis, neque Sixti Pontificis Max[i]. intercessio, Dauidem, quo vinctum solueret nihil flexerit, quā „cum Præpositi maxima qua post eum „fungi debebat dignitate relicta, Magi„stro Simoni Slusio, Medico Caroli „Principis tandem cederet, Et extra di„tionē Vltraiectinam perpetuo se mo„raturū firma stipulatione promitteret.

Cur in vinculis diutius detentus Gisbertus.

Pont. Max. & Caroli Principis intercessio pro Gisberto.

Conditiones quibus Gisbertus liberatus est.

Bredę postea apud Engelbertū Nassouiæ Regulum honestè degens, Anno euoluto, circa octauum Cal. Septem. quando Quintus agebatur & Septuagesimus supra Millesimum Quadringentesimum apud Gertrudbergæ Cartusienses, terræ est redditus.

Gisbertus Bredæ degit, & moritur.

Cattusers by Geertrudenberch.

HINC ILLAE LACHRYMAE.
Georgius anno 1449. natus. Anno 1489. Flandros contra Maximilianum Regem cũ Francisco fratre sequutus, & Hollandis infeliciter se opponens, Delphis inter alios capite plexus est.
Ruichrock.
Heylighe Willem van Goude.
Hamersuelt.
Pieck.

Filios habuisse legitur: M. Mathiam Vltraiecti Collegio D. Ioannis ascriptum, Georgium cuius facta est mentio, secundis nuptijs Philippi Ruchroci Hollandiæ Consiliarij filiæ N. iunctum, Valrauium, Reinoldum Collegij Traiectensis ad Mosam, Henricum Collegij Borchloensis, Antonium, Petrum, & Pontium: Filias: Ioannam Delphis inter D. Agnetis Virgines, Heijluichim Guilielmi Goudani cognomento Sancti, vxorem, Elisabetam Lamberti Hamersueldi coniugem, & Machtildim Gisberto Piquio nuptam.

VALRAVIA VALRAVII PRIMI FILIA,

Waerdenburch.
Ameropen.
Broeckhuysen.

Nupta Gerardo VVerdenburgi Ameroiæ & Broechusę Domino, Quinque edidit filios: Ioannem VVerdenburgi, Valrauium Ameroię, & Reinoldum Brochusæ, Dominos; Item, Guilielmum & Adrianum hunc S. Seruatoris, illũ D. Martini Collegio ascriptũ.

.XVII.

.1417. .1473. .56.

REINOLDVS SECVNDVS, Valrauij Primi filius, Anno Quadringentesimo Decimooctauo supra Mil- 14
lesi-

lesimum, auo materno Henrico Vianę & Ameijdæ Domino, pauloque post matre extinctis, simul Brederodæ Vianæ & Ameijdę Dominus; Multa cum Gisberto fratre ac sorore Valrauia, puerili ætate, ob Guilielmi patrui, tutoris potissimum incuriam, a Ioanne Arquelio Asellinisque damna perpessus; Et

Henricus & Ioanna Vianæ sepulti.

Baenrotſheere vā Brederode Vianen ende Ameyde.

Brederodij ab Arquelio & Asellinis damna accipiunt.

1433 Anno Millesimo Quadringentesimo Trigesimotertio, ad Principes super Iacobæ & Borsalij coniugio, totiusque Hollandiæ statu congregatos, Iuuenis Grauenhagam magnopere euocatus, ni fide & industria amicorum euasisset, ab Asellinis cum ipsi Iacobæ Principi familiariter aderat, nefarie pene trucidatus; ætate adulta, Maiores & omnes hactenus posteros, magnificentia, opibus, gloria, item rebus aduersis, longè superauit. Mox enim equestri splendore & dignitate, Hierosolymæ, sacro illo ritu initiatus, & vix domum reuersus, a Potentissimo Philippo, in Nobilissimum Equitum Torquatorum Ordinem cooptatus, (multum inuidētibus & Illustrissimum eius genus, ad æternā

Periculum Reinoldo Grauenhagæ paratum.

Reinoldus & secundis & aduersis rebus inter Brederodios singularis.

Reinoldus Eques Hierosolymitanus.

Reinoldus Eques Aurei velleris.

Bre-

Brederodiorum gloriam, iniqua obtrectatione lacerantibus Afellinis, cũ vetustissima Hollandiæ scripta hanc ob caussam Princeps excuti diligẽter Egmondæ curaret) auro ac gemmis lato monili, Vellus Aureum, summæ Belgij Nobilitatis insigne, collo suo accepit gestandum.

Inquisitio Nobilitatis Brederodicę.

D'Abdie tot Egmondt.

Inde Iolẽdam, Hollandiæ Præsidis Guilielmi Domini Lalaini filiã coniugio accipiẽs, genuit ex ea: Iudocã, Ioannã, Valrauiam, Annam, Iolẽdam; Anno Millesimo Quadringẽtesimo Sexagesimosecũdo, Valrauium hæredem, & Anno Millesimo Quadringẽtesimo, Sexagesimoquinto, Frãciscum, quintodecimo ætatis anno, Martiniano Collegio Vltraiecti annumeratum.

Lalain.

Aliunde sed vt credo nõ impunè sustulit Valrauiũ Hagesteijni Præfectũ, Reinoldũ Vosholæ Pretorẽ, Henricũ, Ioannẽ, Ioannẽ Tienhouiæ Animarum Pastorẽ, Iudocũ siluis venatibusq; Brederodicis Præfectũ, Ioannam Beueruici Sacris Virginibus Præpositam, Itẽ Hasquinã & Machtildim, inter virgines ibidem recensas.

Delicta Iuuẽtutis Reinoldi, grauissimè a Deo in senectute punita.

Pastoor vã Tienhouen.

Priorisse tot Beuerwijck met twee Susters.

Anno Millesimo Quadringẽtesimo 14 Quinquagesimotertio, postquam Philippus Burgundus assiduis prælijs cum maxima

Philippus Burgun. Gãdenses exercet.

maxima Flandriæ calamitate, Gandauenſes annos ferè quinque exercuerat, & quo maioribus copijs præſidijſque adhibitis, bello illi tandem faceret modum, datis ad Hollandiæ Adminiſtratorem Ioannē Lanoijum literis auxilia peteret Hollandorū, iamq́ue Lanoijus, Ioannes VVaſſenarus, eiuſq́ue frater Philippus, Rutgerus Boetzelaræ, Aſperæ, & Langeracæ Dominus, Valrauius Haeſtenus, Ioannes Heemſtedus Cunemariæ Prętor, & Nobiliſſimi quique, ex pecunia publica ſtipendia facientes, Duo milia auctorarent, Solus cum fratre Giſberto Lanoij promiſſis accenſus, ijſq; a Philippo fruſtratus, ære proprio triarios mille conſcripſit; VVaziamq́ue fertilem Flandriæ partem, cū trium milium Veteranorum exercitu, Alijſq́ue Philippi copijs, mēſe Iulio ingreſſus, omnia longe lateque ad vaſtitatem vocans, Hulſtum oppidum non obſcurum inuaſit, moxq́ue firmiſſimo robore Gandauenſium tanta clade excito, prælioq́ue apud Eurſulam Duce Antonio Burgūdo fœliciter ſuperato,

Philil. Burg. Hollandorū Auxilia petit.

Waſſenaer/ Boetzelaer. Aſperen. Langeraec. Haeſten. Heemſtede.

Reinoldus cum fratre Giſberto Philippo mille Triarijs ſuccurrit.

Wazia ab Hollandis vaſtatur.

Hulſt.

Eurſel.

Antonius Burgundus.

Gandauensces cæduntur a Reinoldo.

Gandauũque dilapsuro, rursum opportunè occurrens, quotquot euaserant, ferè ad vnum omnes, non sine pręclara Hollãdici Nominis fama (eorumque acerba cõtumelia, qui ceruicibus Hollandorum paratos se habere iactabant laqueos, quibus ipse eorum Dux homo ignobilis, inter alios in mola ab Hollandis altissimè fertur suspensus) intercepit, vicit, occidit. Nec multo post Gandauenses prorsus attriti, Principi suo tandem reconciliati, & Hollandis actæ gratię magnificè sunt.

Non omnino dißimile est quod Florus lib. 2. de secundo bello Gallico, de Gallis Insubribus refert.

Gaddauenses Principi suo reconcilian- tur.

Nouum fœdus inter Pont. & Brederodios.

Ante Annum fortè Millesimũ Quadringentesimum Sexagesimum, pluri- 146 mis metuentibus ne inter Burgundos & Brederodios, nuper composita sensim recrudesceret discordia, consilio & opera Ioãnis Lanoij nouum vtrinque factum est fœdus, solidior contracta & annos aliquot seruata est amicitia.

Ioannes Lanoijus.

Ac Reinoldus (Burchgrauiatu (vt vocant) Vltraiectino) summæ inter alios auctoritatis, vt gratia & industria præstabat, Dauidi vel hoc nomine videbatur charior, quod in pecuniarũ exactionibus

Reinold Burchgraef vã Wtrecht.

Fides Reinol. erga Pont.

nibus, & Ioannis Brandij ab exilio re-uocatione, alijſque negotijs, quæ ſine ſeditionis aut tumultus metu, ægrè cō-ficiebantur, fidem & animi erga eum candorem fœlici euentu iam aliquo-ties declaraſſet. Augebatque poſt an-nos aliquot, confirmatam iamdudum opinionem, ad Ipſum & fratrem Giſ-bertum ſimul a Dauide ſubornatus, nō ita pridem factus illi a Conſilijs Reine-rus quidam, cum multa de Pontificis erga eos beneuolentia atque de magna nobilitatis Ipſorū exiſtimatione præ-fatus, Eum Rempub. Vltraiectinam fra-trum Brederodiorum moderationi at-que arbitrio committere ſtatuiſſe (mo-dò de animi eorum, mutuo erga eum affectu integrè ſibi cōſtaret) diſertè ex-ponens, Brederodios acribus rationi-bus reſpondētes (vt qui pro Reipubli-cæ ſumma adminiſtratione honori-buſque petendis, minimè ambitioſi vi-deri, & in mutuo conteſtando amore, officiorumque ſuorum promptitudi-ne, Pontifici enixè optarent commen-dari) ad ipſum introducit Pontificem;

Brandt.

M. Reinerus a Dauide ad Brederodios ſubornatus.

Brederodij Reinero.

Brederodij ad Pont. introducti.

vbi Pontifex dicta repetere, tẽtare animos, ipſiq́ue quaſi de conſtantia eius voluntateq́ue ſubdubitantes, vt prius, non pauca loqui, fidem ei nihilominus omnemq́ue operam ingenuè addicere: atque hoc pacto ab Eo cum ſingulari quadã humanitatis gratiæq́; ſignificatione, & fraterni quoq; officij pollicitatione ſi promiſſis ſtarent, dimiſſi; Anno Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimonono ante Calen. Februarias, cum præter hactenus a Senatu populoq́ue Vltraiectino conſuetudinem receptam, Dauid Senatores ipſe deligere intenderet & remouere (quod ſanè ſine grauiſſimo ſeceſſionis malo, vix Prudentiſſimorum Hominum diligentia atque induſtria tentandum videbatur) cum apud Optimates tũ apud Populum, in vindicanda quomodocunque libertate vix vlli parem, omni ſemper collecta gratia, (ipſiq́ue Dauidi nimium fortè nota) arbitrio eius adeo fideliter & proſperè ſunt obſequuti, vt in Eorum & Reineri Præſentia, ad cõclaue ſuũ vocatis, quos præcipuo ma-

gistratu

Bred. beneuolè a Pont. dimittũtur.

1469

Dauid Vltraiecti Senatores cõſtituit.

Fides & ſtudium Brederodiorũ erga Dauidem.

giſtratu claros nuperrimè fecerat, primum quidem Rempublicam, deinde in dubijs grauiſſimiſque Vrbis negotijs, Arbitros & ſummos poſt ſe conſtitutos Præfectos Brederodios, impenſè commendaret, obſeruandoſque proponeret.

DauidNouo a ſe cõſtituto Magiſtratui, Bred. fratres cõmendat.

Contigit aliquanto poſt, Dominum VVaſſenarum Ioannem, Batauodurũ proficiſcentem, iamque cum aſſumpto comitatu Vltraiectum ingreſſurum, a portæ cuſtodibus (vt fit) vnde & quo tenderet? interrogatum, quadam reſpondere deſpicientia, è Gallijs ad Pontificem ſe pergere Batauodurũ; Eique, cum de inſolenti reſponſo Optimates conſuluiſſent Giſbertum, Vrbis (vt Batauodurum petenti non prorſus neceſſarium) denegari ingreſſum. Quamobrem facto nihil a VVaſſenaro extenuato commotus Dauid, ex tempore Magiſtratum ſeuerè commonuit, ne vnquam vel ſibi vel Carolo fratri addictos & familiariter notos, maximèque Illuſtres Viros, Vrbe ſua ſine cauſſa excludant. Aberat Reinoldus, qui

Ioanni Waſſenaro ob inſolens reſponſum Vltraiecti negatur ingreſſus.

Magiſtratus Vltraiectẽſis grauiter a Dauide admonetur.

E cum

Reinoldi apud Dauidẽ querelæ.

cum primum rem intellexit, adit Dauidẽ, queriturque de fratris suaque neglecta auctoritate: &, Si quid peccatum, „
inquit Reuerendissime Præsul, sanè in „
re graui, non minus frater quàm Magi- „
stratus cõmonendus erat, Nobis enim „
te absente ardua quæque cõmissa, fra- „
tris arbitrio cum aberam quodammo- „
do relicta videbantur, idque vel maxi- „
mè rebar, quod ipsos quibus nuper „
Magistratus mandaueras Nobis in du- „
bijs Reipublicæ negotijs esse volebas „
obsequentes, Poscimus proinde si vo- „
luntati tuæ in posterum, officio consi- „
lioque nostro, in grauibus serijsque re- „
bus non satisfecerimus, aut ipsi admo- „
neri, aut Reipub: nuper accepta cura li- „
berari. Ad hæc beneuolè se excusante Pontifice; Reinoldus amico discessit animo.

Reinoldus amicè a Põtifice discedit.

Capitale odium in Brederodios.

Sed post exiguum tempus, Anno 14 Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo, incredibili impetu cũ in Eum tum ferè in omne Brederodiorum genus, tandem erumpente capitali illo, & in animis sceleratorum Hominum diu

diu collecto inueteratoque odio, longè aliam erga se Dauidis expertus est voluntatem. Cum enim Nobilium aliquot Virorum, & Asellinorum in necē eius non obscura coniuratio, opera familiarium, aliquoties iam esset impedita, & abstrusæ insidiæ, sæpè detectæ, consciētia scelerum inquietos, sensim acerbius premerent & perurgerent, vt qui iustitiæ rationisque limites semel egressi, non solum improbè multa facere, at facile etiam in nefaria scelera ruere atque prolabi solent: Homines flagitiosi, per Accusatores maxima astutia occultè subornatos, Carolum Burgūdū Hollandię Principē, Itemque Pontificē, in fratres Brederodios, grauissimis ementitis sceleribus atque flagitijs vehementer accendunt. Adeo vt Dauid prima statim rumoris aura corruptus (vel quod infirmiorem olim reconciliatæ gratiæ crederet esse fidem, vel quod Vltraiectino Dominatu, liberius lautiusque potiturum se existimaret, si remotis Brederodijs, ab omni æmulationis metu foret securus) indigna

Accusantur Brederodij, apud Carolū & Dauidem.

Non meminit Dauid: Neruos atq; artus esse sapientiæ, non temerè credere.

Principe, nedum Pontifice credulitate, & importunis accuſationibus a ſceleratiſſimo illo hominum genere in dies inſtigatus, magna pertinacia animum magis magiſque in Eos obfirmaret.

Dauidis animus contra Brederodios obfirmatur.

Reinoldus magno corporis ſui malo, venit Batauodurum.

Expleuerat tunc fortè ætatis annum Quinquageſimū primum Reinoldus, cum dira in eum graſſante fama, ad Decimum ſeptimū Cal. Iulij publica quædam negotia cum Pontifice communicaturus, Filijs quinque eo quo dixi modo ſuſceptis pauciſque Alijs comitatus, ſummo & quaſi fatali corporis ſui malo venit Batauodurum. Vbi per Philopotum Arcis Præfectum ſtatim occurrentem, Dauidem aduentus ſui certiorem fieri iubet, moxque remiſſo nuncio, à meridie congreſſionem non importunam fore intelligit; interim in templum, indeque in hoſpitium pranſurus accedens, præter paratas epulas, etiam decēti apparatu, cibus & vinum iuſſu Dauidis, vt honoris & beneuolentiæ feſtiua indicia, Ei afferuntur ex aula dum prandet; Nihil itaque præſagiens, ſecundis menſis appoſitis, pran-

Reinoldus Cibo & Vino a Dauide miſſis honoratur.

dentem

dentem secū Hermannum VVijæum, Wÿe.
familiæ item Pontificiæ, rursum mittit
de hora qua gratissimus foret accessus
percunctaturum: Vocaturque tandem
clandestino apparatu tum fortè prius
expedito, sub finem Vespertini Officij
(quod vsu inualescente, non tam vesperi,
quam à meridie in tēplis frequens
erat) Et statim cum Filijs ac reliquo comitatu,
æquo quietoque præsens animo,
dum in primo Aulæ aditu, cū Antonio
Potagio, Henrico Minneprijsio,
& Ludolpho Campēsi, Dauidem moras
nectentē diu præstolatus nihil mali
suspicatur, iamque veluti cum Pontifice
res sibi ab Vltraiectinis commissas
consiliaque collaturus, subito aperto
ostio, solus in secretum vocatur conclaue,
Dauidis præsentia frustratus, aliquamdiu
secum hærens subtristior,
non ante indignè se circumuentum
captumque sensit, quam cū ab Alfonso,
primum non sine Pontificis arbitrio
discedere, Eodemque aliquanto post
reuertente, gladio discinctus, ad aliud
cubiculum (vnde altero die in muni-

Reinoldus venit ad Aulam Pontificiam.

Potagij. Minneprÿs. Campen.

Reinoldus, in secretum conclaue vocatur.

Reinoldus in carcerem ducitur.

tam ductus est turrim) congredi est iussus.

Filij Reinoldi a ciuibus armatis ad hospitium ducuntur.

Acerbissimi casus nescij Filij, pila interim ludentes, cum ad hospitium redire cogebantur, rei nouitate vehemẽter consternati ac plurimum reclamãtes resistentesque, quod Parẽtem simul domum reducere, nec sine Eo discedere vllo modo vellent, Ciuium armatorum adscita manu, ac iureiurando cõstricti, ne inuito Pontifice quoquam discedant, tũc quidem in diuersorium deducti, sed postridie Gisberto patruo etiam in carcerem coniecto, dimisso iuniore Ioanne quod Sacerdotio initiandus is esset, simul in tetram horridamque custodiam retrusi sunt; quintoque die etiam Reinoldo, Henrico, & Ioanne altero liberatis, Valrauius primus inter eos natu, grauissimis examinandus supplicijs tantũ seruatus est.

Filij Reinoldi in carcerẽ trusi mox liberantur, retento Valrauio.

Rebus tam atrocibus miserè quoque perculsa Iolẽda, mœstissimis assumptis liberis, Vltraiecto abijt Vianam, Eamq; præsidio muniũt Valrauius Ameroius, & Valrauius Haestenus.

Iolẽda cum liberis abit Vianam.

Amerope. Haestren.

Asellini

Asellini interim hosteſque alij confœderati, velut de ſuperatis ſublatiſque iam Brederodijs triumphantes, ludis epuliſque proterui, inter grauiſſima ementita crimina, quo non ſolū vulgi, ſed & amicorum Brederodici nominis animos, in captos acrius inſtigarent, meritò Eos vinculis eſſe cohibitos, quod Pontificiam Ditionem indeque Caroli Principis vicinas Prouincias auſu nefario ſtatuiſſent inuadere, emiſſariorū opera vbique diſſeminant. Dauid quoque vehementer occupatus, cum ſe gratum facere videbat hactenus Vrbe proſcriptis, & Brederodiorū inimicis quos ante paucos dies reuocauerat, Amerongium Ioannem Vrbis Prætorem, ab Adolpho Geldriæ Principe reuerſum (quod eius auxilia pro Brederodijs Eum petijſſe ſuſpicabatur) vinctum mittit Batauodurum, Idem facturus Ioanni Arcis Vrbiſque Montfordienſis Domino, & Iacobo Niueldio, cæteriſque Brederodiorum conſanguineis & neceſſarijs, ſi nō maturè ſe ſubduxiſſent.

Aſellinorum Gaudium & nefarium odium.

Emiſſarij Aſellinorum.

Ioannes Amerongius capitur.

Montfoert.

Nyueldt.

Valrauius & Amerongius eculeo torquentur.

Ijſdem diebus, Valrauio & Amerõgio, de cęde Harlemenſium in Biltiocampo, de coniuratione Principis Geldriæ & Brederodiorum, de Iſelſteijni incendio, deque Senatus Vltraiectẽſis mutatione, eculeo crudeliſſimè examinatis, dira etiam in caput Reinoldi Principibus & Iudicibus ſæpe commemoranda habita eſt quæſtio. Accuſabatur is maximè: Quod Anno Milleſi-,, mo Quadringenteſimo, Quinquageſi-,, moſeptimo, iuſſu eius, ſelectos Harle-,, mẽſium Iudices in Reipublicæ ſuę ne-,, gotio, ad Pontificem proficiſcentes A-,, merſfordiã, Valrauius non procul Vl-,, traiecto contrucidaſſet: Quod eius &,, Giſberti fratris opera conſilioque (vt,, per territorium Vianenſe ante annos,, quatuor Geldri irruerant) Iſelſteijniorũ,, Oppidum eſſet incenſum: Quod ſimul,, cum fratre, & Adolpho Geldriæ Regu-,, lo (vt intimi illi erant) contra Dauidem,, Pontificem, & Carolum Burgundiæ,, Principem, Prouinciarum inuaſionem,, meditatus conſpiraſſet: Quod cũ fra-,, tre item, ignaro Põtifice, Nouos Vltra-,,

Quæſtio crudelis in caput Reinoldi.

Crimina Reinoldo obiecta.

.1.

.2.

.3.

.4.

iecti

„iecti Senatores legere cōstituisset. Hæc & alia, velut a Valrauio Amerongioq; confessa (& vt mentiebantur capitum eorum obtruncatione cōfirmata) Philipotus, Alfonsus, Ioannes Daucius, & Prætorij Præfectus Thimanus, Dauidis nomine, pridie Cal. Augusti, in carcere, ei ex ordine recitant, & quanquam falsa (alieni odij vehementia indignè accensi) innoxium fateri volūt; Cumque de cæde magno suo dolore, seque omnino ignorante a filio perpetrata, Amplissimo Aurei Velleris ordini dudum magnificeque purgatum postquā rogatus erat, & de iam obiectis nihil se scire respōdet: Mox introuocato prius tormentis instructo tortore, Aureum illud Vellus, magna olim celebritate a Parēte Pontificis acceptum, collo eius indignè detrahentes, ac totum vestibus denudatum, nō secus ac furijs agitati, fidiculis membratim distendi iubent, & quo vel ad iniquam confessionem adigant, horrēdis illis cruciatibus non antè modum faciunt, quam cum sensibus intolerabili dolore sublatis,

Responsio Reinoldi.

Aureum vellus Reinoldi collo detrahitur.

Reinoldus fidiculis submittitur.

Reinoldus nimijs cruciatibus exanimatur.

exanimatum vident;tum igne accen-
ſo, mēbra emortua ipſi mulcere atque
fouere, & vita ſenſim redeunte, ni fa-
teatur, longè acerbioribus perferendis
ſupplicijs conualeſcenti grauiter com-
minari: Ipſe verò vt primum ægrè loqui
Reſponſio Reinoldi.
poſſe cœpit, Vitam mihi quidē exhau-„
rire vt video, arbitrio veſtro poteſtis,„
ait, at crimina recitata, hactenus mihi„
in omni memoria omnino inaudita,„
ipſe mihi inferre nullo modo poſſum.„
Superatus deinde horribilium tormē-
torum illorum aſſiduis comminatio-
nibus, quo pœnam iterum præſentem
Pontifici loqui cupit Reinoldus.
euaderet, vt quædā dicturus ipſius Da-
uidis poſcit præſentiam; Negatur, ſcri-
bique Ille ſibi occulta iubet; quod cum
tam atrociter luxatus nequit, cogitur
vltro citroque nuncianti Philipoto, di-
cenda referre. Tum Ille ſæuo compul-
Verba Reinoldi Pontifici referēda.
ſus metu, Dices Domino meo Vltraie-„
ctenſi inquit, criminum falſè obiecto-„
rum, iuſtè me nunquam conuincen-„
dum: paratum tamen eſſe, ob alia, qui-„
Alludit ad cōfeſſionē in ſinu Sacerdotis fieri ſolitam.
bus offendi potuit, caput in ſinum eius,„
demittere: Additque (cum nouo iterū,„
iniecto

,,iniecto terrore eculeum perhorrescit)
,,etiam biennium si visum ei sic erit, sine
,,grauissimis hisce supplicijs, vinctũ me
,,hoc carcere detineat, quo certius vn-
,,dique de obiectis mihi criminibus tã-
,,dem cognoscat, sique eum celasse me
,,quicquam verè intellexerit, omnia quæ
,,ab eo accepi beneficiaria bona, in per-
,,petuum seruet; Me item ac meum ca-
,,put fortunasque omnes Caroli fratris
,,eius fiduciarijs accitis Viris conditio-
,,ne hac sanctissimè deuouebo, vt si di-
,,ctorum criminum conuincar, tũ luxa-
,,ta hæc membra, vel ipso me iudice ar-
,,ticulatim discerpantur; ipsique Princi-
,,pi, Vxor & Liberi rebus possessionibus-
,,que cedentes, misera mendicitate solũ
,,vertant extorres. Verum cũ ne his qui- Obijcitur rursus cõiuratio cũ Geldriæ Principe.
dem commouentur, diutiusque acer-
bissimis illis comminationibus insi-
stunt, maximè quod præter Valrauium
Amerongiumque graues (vt ferebant)
testes, etiam ex Aula Geldrensi quem-
piam, constanter adferre dicerent, iam
palam ibidem ferri, Eius Iuniorisque
Principis coniurationem; fatetur, cum
Adolpho

Adolpho Principe se quidé peramanter verba fecisse, at scripta ea vnquam firmataue fuisse quam maximè negat. His dictis, cum denuo se ad feralem illam machinam seuerissimè rapi videt, falsa nonnulla (nusquam a me lecta) excogitat, quæ proximo Dominico die, post peractum Sacrificium, vocato ad se Philipoto solenni iureiurando, & postea missis a Carolo Principe Philippo Crubequio, & Ioanni Haleuino, nunquam a se perpetrata, sed quo pœnas illas atrocissimas euitaret asseuerauit conficta. Quamobrem vrgente Dauide, post biduum, vesperi è lectulo extractum, adeo subigunt distēduntque crudeliter, vt vix vllum supplicij genus, quo homo in hominē sæuire potest, omittentes, primū ad amaram (omnium quæ cōcusso stomacho, intestinisúe turbatis ac læsis erumpere solent) vomitionem, deinde cum iam tortor & ipsa tormenta essent defessa, Philipotusque etiam biennium integrum ni fateatur, singulis noctibus, ita horrendè excarnificandum iactaret,

Fingit Reinoldus se cōmisisse quædam.

Reuocat Reinoldus metu confessa.

Philips bastert vā Brabant. H. van Crubeeck/ eñ M. Jan van Hale-wyn/ Raets-heeren van Hollant.

Reinoldus in eculeū iterū conijcitur.

Cruciatus Reinoldi.

vita

vita propè priuatum, ad falsorum criminum nefariam confessionem, sceleratissimè tandem coegerint.

Reinoldus ad falsam confessioné cogitur.

Dederat iam ante Dauid (postquam a Valrauio Amerongioque immanissima item carnificina confessionem iniquam extorserant) cum ipsa Amerongij manu confirmata confessione, ad Carolum fratrem, pro rerum capitaliũ sententia, accuratissimas literas, ita vt Is & afflictissimæ Iolendæ, & matris Isabellę, & Principũ quoque multorum, ad pedes eius sæpe se abijcientium preces (quibus Reinoldum Summo Torquatorum Ordini sisti humanissimè flagitabant) non sine indignationis signo sæpe contemneret. At iam quasi apertissimorum scelerum conuictum Reinoldum capitis prorsus condemnari cupiẽs, multo studiosius, acta singula ex ordine ad eum mittit; quæ vt legit grauissimè iterum offensus, ad Nobilissimorum Principum Senatum diligenter refert, deque tam arduo negotio haud leuiter iudicari cupit. Placuit, cum cruciatibus confessionem

Literæ Dauidis ad Carolum fratrem, pro sententia Capitali Brederodiorum.

Carolus Burgũdus caussam Bredero. ad Senatum Aurei velleris refert.

videbant

videbant extortam, ipſos Reos coram audiri.

Do. Bergoſomenſis, & Io. Haleuinus, ad Dauidem mittuntur pro Reinoldo.

Itaque Anno Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimoprimo, circa nonum Cal. Febru. Ioannes Dominus Bergoſomenſis, item Ioannes Haleuinus, Batauodurum profecti, Principis Caroli Ampliſſimique Ordinis literis, conteſtatam ſententiam, Dauidi tradunt; Qui Reinoldum ferreis vinculis (quib⁹ ab eruptione Valrauij in firmiorem horridioremque coniectus custodiam, erat conſtrictus) non prius liberandum duxit, quam iterum in eculeo extenſus, nuper confeſſa, iam coram miſſis rurſum fateretur Iudicibus.

Noua in Reinoldũ quæſtio.

Quare per biduum Philipoto, Thimano, & Scriba omnia excipiente preſentibus, modo placidis modo aſperioribus verbis, grauiſſimiſque iuramentis, conſcientiam eius ſeuerè vrgentes, tertio demum die exutũ veſtibus, diſcruciandumque inſidentem eculeo, cum de alijs tum vel maximè de homicidio Valrauij & de coniuratione iterum diſtricte interrogantes, ſummaque con-

ſtantia

ſtantia, mori ſe potius paratum, quam
præter iurata in caput proprium con-
fingere noua reſpondentem, cum iam
vltro & citro omnia viſa ſunt ſatis agi-
tata, ſolutum vinculis, ſimul cũ Ame-
rongio, Bergoſomum abducũt. Mox-
que intelligentes Principem non pro-
cul Ambiano caſtra facere, conſulto
eius donec reuerteretur, Cortraci libe-
riori carcere, indeque per annum ferè
in Caſtro Repelmondano detẽti ſunt,
Vſque dum, a Summo Principum Or-
dine, Accuſatoribus ſæpe fruſtra cita-
tis, quæ omnia vincit integritas, ex-
horrendis illis (quibus diu ſepta ac fe-
de iacebat oppreſſa) latebris, in dies glo
rioſius erumpens, pia bonorum om-
nium commiſeratione congratulatio-
1472 neque excepta, Anno Milleſimo Qua-
dringẽteſimo Septuageſimoſecundo,
a nefarijs criminationibus primũ vin-
dicari cœpit, & mox quarto Nonas
Maij, aureo vellere iterum conſpicuus
Reinoldus, Engelberto Naſſouio, Io-
anne Crecquio, Simone Lalaino, vel-
lere item Nobiliſſimis Regulis, pluri-
miſque

Reinoldus & Amerongius è manibus Dauidis liberantur.

Bergen opt ſoom.

Amiens.

Cortrijck.

Tslot van Repelmõde.

Reinoldi innocẽtia erũpit.

Graue van Naſſouwe. H. vã Crecckij. H. van Lalayn.

misq́ue Dynastis alijs magnificè stipatus, in Augusto illo Principum Senatu assistens, magna omnium admiratione ab Aduocato caussa innocentiaq́; eius declarata, a Principũ potentissimo Carolo, ex tribunali vnà atque communi omniũ sententia tandẽ est absolutus.

Reinoldus magnificè absoluitur.

Reperio post absolutionem, Carolum casum tam acerbum, grauiter accipientem, Ioanni Crecquio & Symoni Lalaino dixisse, se tantos cruciatus tamque nefarias Reinoldo illatas iniurias, summis inter Principes suos honoribus quoad posset perpetuò deinceps compensaturum. Dauidem item enixè operam per amicos dedisse, vt Eũ reconciliaret, neque solum honoris ei commoda sed omne etiam satisfactionis genus, rationi consentaneum addixisse, spopondisseque vel in primis, Summum Vianæ Templum opimo se Sacerdotũ (Canonicorũ) Collegio honestaturum, sed cum aduersa valetudine correptus Reinoldus, nõ multo post vita excederet, horum nulla habita est ratio.

Animus Caroli erga Reinoldum.

Dauidis satisfactio.

Abso-

Abſolutus ſuos reuiſit, excipiturque Dordracẽſiũ, Roterdamorũ & Schonhouiorum lætè obuiam veniẽtium honeſta pompa, donec Vianam ingreſſus, ſimul ab Amicis, Familiaribus, & Subiectis denique omnibus, vndique cõgregatis, optatiſſimi fœliciſſimique Domini ſui reditus feſtos dies agentibus, incredibili gratulatione amplexaretur; Cumque & reliquos Dominationi ſuę ſubiectos, gratiſſimo hoc ſuo reditu recreaſſet, mox inde Caroli Principis lateri aſſiduè iunctus, Aſellinis cęteriſque Capitalibus inimicis amarè frementibus, totam velut ouans obit Hollandiam. Amerongius item, poſt biennium priſtinæ reſtituitur dignitati.

Reditus Reinoldi ad propria.

Reinoldus læte à ſuis excipitur.

Reinoldus à Carolo Prin. honoratur.

1473 Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Septuageſimotertio, cũ Carolus menſe Maio, Principũ Aurei Velleris magnificentiſſimum Valencenis celebrabat conuentum, Familiarium, Clientum, & Pediſſequorũ nobili famulatu, multorum item Principum gratia beneuolentiaque excellens Reinoldus, vt ferè benigni & molles ſunt mortalium ani-

Conuentus Dominorũ Aurei Velleris Valencenis.

mi erga non ita pridem ex insigni calamitate vindicatos, summa cum apud omnes tum vel præcipuè apud Carolum diligentia contẽdit, vt Gisbertum fratrem liberaret, Cõstanterque varias molestias locaque varia inde per menses aliquot, in caussa illa obiens, Harlemi tandem ex vino corrupto aiunt, quod quidem cum Alijs biberat, sed nõ vt illi euomere potuit, læsa valetudine reuertit Vianam, vbi morbo per dies aliquot inualescente, mox Charissimæ Iolendæ, liberos & rerum administrationem, quoad Valrauius adoleuisset maturè commendat, Puerumque Valrauium (in lectulo decumbẽti a circũstantibus quos charos habebat porrectum) peramanter complectens atque exosculans, nihil sine Matris arbitrio vnquam facere, eique in omnibus piè parere iubet. Ac cęteris item vt mos est morientium hominum dispositis, octauo ætatis anno supra Quinquagesimum, decimoseptimo Cal. Septẽbris vitæ finẽ impleuit. humaturque ad Parentes Vianæ.

Reinoldi diligentia pro liberatione fratris.

Reinoldus aduersa valetudine corripitur.

Reinol. Iolẽdæ rerum administrationem commendat.

Reinoldus moritur.

Obser-

Obſeruatum eſt, fortè ſine ſuperſtitione; Natum, Ductum in carcerem, è carcere Põtificis emiſſum, à Carolo Principe abſolutũ, Abſolutũ Vianam primo ingreſſum, Hæredẽ ei natũ Valrauium, horã denique eũ obijſſe ſupremam, non alio quam die Veneris. Dies Veneris in vita Reinoldi obſeruatus.

Iolenda, Reinoldi Secundi Vxor, filia Guilielmi Lalaini, Præfecti Hollandiæ, ex Ioanna Crecquia Bingicourti Domina; Patruos habuit, Simonem Laleinum, Parentẽ Iodoci Hollandiæ Adminiſtratoris, vnde præcipua Lalainorum reſtat poſteritas, & Samſonem Lalainum Opperbaſij Dominum. Fratres, Iacobum Anno Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimotertio in obſidione Arcis Puqueanæ glande traiectum; Ioannem Arthi Lalaini Patrem, Anno Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimooctauo fato functũ; Philippum Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Sexageſimo ſexto in bello cæſum, & Antonium Anno Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimoſeptimo cũ Carolo Bellicoſo ad Nancium interfectum, Sororem item ſe iuniorem Iſabellam, Petri Hennini Domini Boſſui coniugem.

Propinqui Iolendæ. Crekp. Bingicourt. Lalain. Patrui Iolẽdæ. Opperbaes. Fratres Iolendæ. Soror Iolendæ. Hennin. Boſſu.

IVDOCA REINOLDI SECVNDI FILIA, NATV PRIMA,

Anno Milleſimo Quadringenteſi-

moSeptuagesimooctauo, Vltraiecti in Hierosolymensi Monasterio virginitatem professa.

IOANNA REINOLDI SECVNDI FILIA, NATV SECVNDA.

Nobili Margaretæ Eboracensis Caroli Burgũdi vxoris Gynæceo diu præfecta, ac tandem aulicis illis fucis, ingenuè erudita, Gandaui D. Claræ Virginibus ascripta.

VALRAVIA REINOLDI SECVNDI FILIA, NATV TERTIA.

Gaueren. Rottelinge/ ofte Rott.

Vxor Ioannis Gauereni Rottelingæque Domini.

ANNA REINOLDI SECVNDI FILIA, NATV QVARTA.

Prima ætatula defuncta.

IOLENDA REINOLDI SECVNDI FILIA, NATV QVINTA,

Montibus Hannoniæ Nobilis Vestalis.

FRAN-

FRANCISCVS REINOLDI SECVNDI FILIVS, NATV MINIMVS.

Anno Millesimo Quadringẽtesimo Octuagesimooctauo, Partes Flandrorum contra Maximilianum Romanorum Regem, (quem loco Philippi filij, non admittebãt Administratorem) sequens, Decimoquarto Cal. Decembris iusta collecta manu ad Delphiportum appulit, & terrestri pergens itinere in Roterdamorũ oppidum ob naues conglaciatas mercibus abundantissimum improuiso fœliciter irrupit. Similique post dies aliquot audacia & maiori copia, Schonhouiam inuadens, non sine strage & nauium aliquot amissione, a strenuè se defendentibus Ciuibus est reiectus. Inde leuibus prælijs incendijsque vicinum illum Hollandiæ tractum aliquamdiu populatus, Anno Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo nono, mense Iunio, postquam a militibus Regijs nõ procul a Gouda ad Mordracum, commeatus Roterdamũ inuehendus fœda suorum clade est inter-

Delfshauen.

Franciscus Roterdamũ occupat.

Franciscus a Schonhouia reijcitur.

Francisc. Hollandiam vexat.

By Goude tot Moordrecht ofte Moordt.

Franciscus dedito Roterdamo redit Slusam.

ceptus, dedita regij exercitus Imperatori Ciuitate, cum secum educto Præsidio, Alijsque liberè (vt pactum erat) egredientibus, Slusam ad factionis Principem Philippum Rauesteynum reuertit. Vbi maioribus firmat⁹ copijs, quas nauibus in Zelandiam immisit, mox cædes, incendia, prædas, & terrorem, in Hollandiam & Dordracum vsque circumtulit, Goeream que Zelandiæ Oppidum inuasurus, a Ioanne Egmondano Hollandiæ Administratore præuentus, prælioque victus nauali, natando inter alios in terram euadens, iterumque lacessitus, dum nec telis nec vulneribus cedit, saucio corpore tandem captus, & paulo post Dordraci vulnere illo extinctus, Anno ætatis circiter Vigesimo quarto, apud D. Augustini Religiosos mandatus est tumulo.

H. Philips van Cleue/ Jonckheer van Rauesteyn.

Franciscus Zelandiam vexat.

Dordrecht. Goeree. Egmondt.

Franciscus bello nauali vincitur.

Franciscus moritur Dordraci.

VALRAVIVS, INTER FILIOS (VT AIVNT) NATVRALES SECVNDI REINOLDI NATV MAXIMVS.

Anno circiter Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo sexto, in

caussa

caussa Nauis Scotica lana onustę ad Zandfortum Brederodicæ iurisdictionis pagum naufragio proiectæ, a Patre missus, & a simul eò cum armatis Ciuibus Harlemo venientibus Adelberto Raephorstio Prętore, Nicolao Ipereno Cõsule, Gerardo Nortuico Iudice Septemviro, Guilielmo Paetio Senatui a Secretis (qui fortè lanam nauẽque Ipso vehementer renitente aut confiscabãt, aut vi & armis sibi vendicabant) insigni affectus cõtumelia, Anno sequẽti, Nicolao, Gerardo & Guilielmo, iterum Reipublicæ suæ caussa ad Dauidẽ Pontificẽ Amersfordiam proficiscentibus, memor grauis acceptæ iniuriæ (inscio & scelus indignissimè ferente Patre, quem vix ægrè tandem placauit) assumens ad cędem paratos expeditosque socios, quarto Idus Aprilis elabẽte Guilielmo, Nicolaum & Gerardum ad Biltam contrucidauit.

Zantvoort onder de heerlijchept van Brederoede.

Raephorst. van Iperen. van Noortwijck. Paedts.

Valrauius ab Harlemensibus iniuria afficitur.

Homicidiũ Valrauij, *grauissimè postea à Deo vt reor punitum.*

Aẽ de Bilt bi Wtrecht.

Anno Millesimo Quadringẽtesimo Septuagesimo Batauoduri, in caussa illa memorabili Patris & Gisberti Patrui, cum fratribus contrusus in carcerem

Valrauius in carcerẽ conijcitur.

rem emiſſis iunioribus, Nono Cal. Iu-
lij, Concilij Pontificis communi ſen-
tentia (vt vel ex aliena ſtatim cõfeſſio-
ne Reinoldus fraterq́ue Giſbertus non
ſine crimine euidenti & graui, in vin-
cula coniecti, ſed Summi Ampliſſimi-
q́ue Senatus Belgici, ipſiuſq́ue cum pri-
mis Caroli Principis iudicio, capitis
Quæſtio in caput Valrauij. merito damnandi viderẽtur) primum
immaniſſimis tormentis interroga-
.1. tur; Num iuſſu Patris Harlemenſes ad,,
.2. Biltam occidiſſet? An ignoraret Gel-,,
dros Patre ac Patruo non ignaris Iſel-,,
.3. ſteynum incendiſſe? Vtrum Coniura-,,
tionis Eorundem cum Geldriæ Regu-,,
lo in Pontificem & Carolum non eſſet,,
.4. conſcius? Nunquid meminiſſet Eoſdẽ,,
Vltraiecti Nouos creare voluiſſe Ma-,,
giſtratus? inde cum nihil fatetur, quoti-,,
Horrẽda Valrauij carnificina. die per multas hebdomadas (velut no-
uis tormẽtis aſſiduè ab inferis redeun-
te Phalaride) adeo horrendis atque ne-
fandis miſer exagitatus eſt quæſtioni-
bus, vt negotio tã atroci præfectos (ſi
vera legi) quamcunque barbaram car-
nificinam, vno quodammodo ſupe-
raſſe

rasse exemplo crediderim. Quamobrē ærumnarum & intolerabilium cruciatuum nullum finē futurum videns, nisi falsissima illa, vera esse fateatur, fatetur quicquid insontem fateri volunt. Iamque certus instare sibi necē, factis votis, non sine diuino nutu aiunt, ad erūpendum quacunque tandem via animum appulit.

Valrauius fatetur falso sibi obiecta.

Valra. meditatur eruptionem.

Petit subinde stramenta recentia, & rigidissimis maximeq; geniculatis culmis, quoties consultum ac tutum erat, ferreas compedes occultè reserans, lapides ad fenestellam vsque altissimam temporis successu gradatim è muro liberè eruit; moxque ne vel leui strepitu euadendo se proderet, ventis ac tempestate optatis vndique perstrepentibus, stramēta, fœnum & vestes vnicas afflictissimi corporis inter squalores delicias simul in funem producens atque intorquens, Duodecimo Cal. Septembris, nocte ferè cōcubia in circumluētes aquas sese demittit; audiensque non ita procul quempiam lotium reddere, suspensus aliquamdiu hærens, illo

Industria Valrauij.

Valrauius erumpit.

regreſſo, ſtatim præmeditata induſtria retracto fune, quem prima luce prçmaturum facinoris indicẽ metuebat, enatat ad anteriorem aream, & nouo ædificio paratum arripiens tignum, ſpaſmo ſi fortè impediretur in Corbulonis foſſa tranando futurum ſubſidiũ, craſſiſque inde in tenebris longius errans, cum ſe rurſum Arci vicinis aquis cõmittit, inſolito aquarum metu turbati Cygni, vehementiſſimo plangore alarum, rauciſque clamoribus ſeruos excitant, qui ripam multo lumine luſtrãtes, Cygnoſque cõſpicientes, quos inter ſe congreſſos arbitrabãtur, nõ procul conquieſcente in aquis Valrauio, cito abſcedunt. Cumque luce illa certam interim indagauiſſet viam, egreſſus, mox ad Corbulonis foſſam peruenit, quam quoque tigno innexus traieciſſet, ni nouæ & inopinatæ cum prope ad medium venerat concurſantes procellæ, diu cum extremo vitçdiſcrimine luctantem ad ripam repuliſſent; quam pedeſtri ſequens via, velut naufragio vix viuus eiectus, ad primũ milliarium, Por-

Foſſa Corbulonis, à *Domitio Corbulone Auctore ſic dicta, hodie,* De Leck.

Dant ſonitũ rauci per ſtagna loquacia Cygni.

Pugnat in aduerſas ire natator aquas.

Valrauius euadit.

Portitorem multa percunctantem inclamãs, fingit se Emenesso venire profugum, ægroque & saucio è dissidentium manibus elapso sibi ab insequentibus ni maturè traijciat præsens instare periculũ; inter hæc, pro naulo nummum obtrudit aureum, quo incitatus Ille, subita indulgentia Cymbam seruumq́ue concedit Remigem. Moxq́ue medio in flumine Valrauius serui arrepta sica, rogat quò ille scapham impellat? Culenburgum respondenti, minatur necem ni Hagesteijnum vsque perducat; perductus eò, iterum nummum promens aureum ex integro hactenus seruato marsupio, portitorẽ dimittit, pergitq́ue ad ædes Prætoris, vbi quã humanissimè vestibus foco mẽsaque refectus, vix primã opperiens lucẽ, incredibili omniũ gaudio & admiratione, tot exantlatis laboribus, tantisque periculis & carnificinis, Deo opitulãte superatis, lætus Vianam reuertit. Tienhouiamq́ue profectus, diuino numini, cuius ductu benignitateq́ue liberatum se credidit, vota nuncupata persoluit.

Valrauij ad Charontem verba, vt Acherontem traijciat.

Valrauius Hagesteynũ venit.

Valrauius Vianam redit.
Tienhouen.

REI-

REINOLDVS, ALTER SECVNDI REINOLDI NATVRALIS,

Schenghen. Ruichrock/ alias de Werf.

Het hooghe huys tot Heemstede.

Legitimè in matrimonium ſociatus Petri Schẽgij Viduæ Ioannis Ruchroci Hollandię Conſiliarij filię, genuit Iodocum, Reinoldum, & Ioannam. Ædificauit Heemſtedæ Arcem longè conſpicuam, vbi Anno Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo primo, menſe Ianuario decedens, Harlemi in Carmelitano conditus eſt.

IOANNES MAIOR, SECVNDI REINOLDI NATVRALIS,

Coniugio accepit Eliſabetam, Ægidij Guilielmi filiam, Harlemi, edid itque Iodocum.

REINOLDVS, VALRAVIÆ FILIÆ PRIMI VALRAVII FILIVS, BROECHVSÆ DOMINVS.

Hunc hoc loco poſui, ob ſeriem hiſtoriæ.

Tumultus Vianæ.

Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Septuageſimoquinto, Decimo Calen. Nouembris, Vianæ cum fratre Valrauio, in cauſſa Nothorum .2ⁱ. Reinoldi,

contra Iolendam, Valrauij Pupilli tutelam immodicè affectantium, orti tumultus, nō paruum momentum. Ibat Gerardus Griemerus cum Nothi Valrauij ſeruo,

Griemer.

nocte intempeſta, ad mœnia Batenſteyni exploratum aiunt, & à Vigilibus (vt mos eſt) interrogati,

Batēſteyn. T'Slot van Vianen.

lapidibus Eos appetebant, procurrētes itaque Ioannes Beeſtius & Alardus Coëlius ex Arce,

Beeſt. Coel.

ſclopoſque explodentes, ſeruum Valrauij in brachio vulnerant; Is vulnere accepto, ad Reinoldum accurit, cōcurruntque ſedicioſo campanæ pulſu ad arma excitati ciues; Iolendæ familiares,

Familiares Iolendæ capiuntur.

Guilielmus VVaëlus, Lubbertus Groenevvoudus, & Theodoricus Alphenus, Alijque Pupillo addicti,

Wael. Groenewoude. Alphen.

extracti è lectulis, multis ac magnis contumelijs cōijciuntur in vincula. Iolēda interim cum liberis totaque familia in Arce ſe continens

Ioléda Amicos accerſit.

& inopinato caſu vehementer perculſa, Ioannem Montfordiæ Dominum,

Burchgraef van Montfoort.

Guilielmum, S. Seruatoris Collegio Præpoſitum,

Prooſt van Oudemunſter.

& Beuervverdæ Dominā accelerare, miſſo Tabellario petit; Moxque ex oppido

Jōcvrouwe van Beuerweerde.

pacifcendi

pacifcendi cauſſa cũ Alijs ad Eam miſſi VVaëlus & Alphenus; cumque ſimul aduolarent vocati, Montfordius, Præpoſitus & Beuervverda, nihil quidem prætermiſſum, quo in priſtinam vtrinque reducerentur concordiam, ſed ad Calendas Maij, dilatum negotium eſt, Arbitro tũ Deciſionis futuro, aut Hũbercourti Domino, aut Alio arbitrio cius conſtituẽdo. Exilio affecti, Gerardus Griemerus, Henricus Coenenus, Laurentius, & Henricus Adriani, Gerardus Stuquius, Hermannus Minnenus, Ioãnes Sloeniſſus, Ioannes Struiquius, & Henricus VVeyus. Fratribus item Valrauio & Reinoldo, cũ Nothis oppido egredientibus, adfuere cum nõ contemnenda manu a Iolenda acciti, Valrauius Haeſtenus, Ioãnes Lueſius, & Alius ab Hũbercourto miſſus, Dux militum.

Pactio inter Iolendam & Nothos.
Hunbercourt.
Exilio affecti.
Griemer.
Coenen.
Adriaẽſzoõ.
Stuyck.
Minne.
Sloenis.
Struyck.
vãder Wey.
Brochu. cum Nothis diſcedit Viana.
Auxiliũ Iolẽdę miſſum.
Haeſten.
Lueſſ.

In Caroli Bellicoſi exercitu deinde militans Reinoldus, & ad Nancium ab Heluetijs captus, ſtato die non comparuit, ſed paulo poſt cladem illam, Bellicoſi Principis cęde memorabilẽ, Anno

Brochuſius ad Nancium captus.

Mille-

Millesimo Quadringentesimo Septuagesimoseptimo reuersus (Iolenda Pupillisque Gerardi Calslagij legatione, ad Mariam Principem iam solenni conuentu inaugurandam, Gandauum vocatis, quo tempore Castrum Oppidum totumque territoriū Suedero Vianio erant concredita) ab Oppidanis, contra Suederum, quem cōtumelijs lacessitum ex oppido in Arcem cedere coegerant, cū Nothis Alijsque Anno Millesimo Quadringentesimo Septuagesimoquinto reuocatur. Venitque securior, tum quod Suederi consilia, insigni perfidia Nuncij cum literis ad Iolēdam missi, Reinero notho, Alijsque ab exilio reuersis, intelligeret patefacta, tum quod Ludolpho Bergensi Hedelæ Domino, Adelberto Bemmelio, Godofrido Scerpezelo, nec paucis Cataphractis comitatus, etiam alia Cohorte Ioannem Furenum, & Gerardum Broechusium Braquelensem, postridie affuturos, non ignoraret. Tum simul propugnacula erigere, pilas ferreas magnis admotis tormentis in Arcem vibrare; & qui

Iolenda cum Pupillis Gandauum vocatur.
M. Gerrit Calslaghe/ Pastoor tot Wagheninghe.
Viana Suedero Vianio commissa.

Broechu. cū proscriptis reuocatur Vianam.

Nuncius cum literis Suederi ad Iolendam datis, hostes Iolendæ primum adijt deinde Iolendam.

Vā Bergē/ H. tot Hedel.
Bemmel.
Scherpenzeel.
Jan van Buren.
Brakel.

& qui in Arce ędes oppidanorum, donec Beuervverda Philippusq; Bochoutius Nothus (glande (cum solus postremo ex Arce descendit) non sine pacti violatione ab Oppidanis traiectus) intercederent, vicissim quatere. Abeunteq́ue mox cum indignatione Beuervverda, & fortè Valrauio notho, cum aliquot è Langheraca adueniente Tyronibus, Broechusius Reinoldus, ab Oppidanis & Optimatibus, Vianæ & Ameijdę legitur Administrator. Legaueratq́ue iam aliquoties ad Suederum pro fœdere ineundo, Adelbertum Bēmelium, Gualterum Tengnaglium, & Iodocum Abrionum, cum perfidus ille Nuncius à Iolēda reuersus, Illi, ad Suederum alioquin perferenda, sigillum, claues, literas, chartasq́ue vacuas cum ipsius Iolendæ, tum Valrauij Pupilli manibus subsignatas, tradit; quibus haud infeliciter vsus, mox Arce quoque potitur.

Beuerwcert. Bochout. Broech. Vianæ & Ameydæ Administrator. Bemmel. Tengnagel. Abrioensen. Perfidus Núcius à Iolenda redit. Broechu. Arce potitur.

Conuenerunt deinde Schonhouię, vehementissimè vrgēte atque instante Iolenda, ad controuersiam dirimendā,

Conuentus Schoenhouiæ.

Iacobus

Iacobus Dijnasta Hornensis, Volphardus Magnicāpi & Veræ Regulus Hollandiæ Administrator, Adrianus Cruningius, Ioannes Mōtfordius Accoijæ Dominus, Henricus Naelduicus, Ioannes Hamertius, Ioannes Suederusque Vianij, Gerardus Assendelphius: Et de iniurijs expostulans ipsa Iolenda, cum Valrauio Haefteno & Martino Pueroyo, Itemque Reinoldus citatus, cum Valrauio Notho & Adelberto Bemmelio, Alijque complures; Sed Goudanis interim, Alijsque passim seditionem quandam facientibus, abeunteq; ob hoc Volphardo Administratore, nouo præscripto die ad finem Pentecostalium (quæ tunc festa instabant) caussa suspensa est. Statimq́ue Hornēsis Regulus, a Reinoldo fortè persuasus, assumpto Ioanne Hamertio, petit à Iolenda, vt ad Vianensium nouos excitatos motus, & peracerbè stridentē discordiam commodius sedandum, Valrauium filiū, secum ad eos abire sinat: euincitq́; primum multa, maximeq́ue iusiurandum quo de reditu secura fo-

Graef van Hoorn.
Graef van Grootevelt.
Cruyninge.
Montfoorde.
Ackoy.
Naeldwijc.
Hamert.
Vianen.
Assendelft.
Haeften.
Pueroyen.
Bemmel.
Goudani & Alij tumultuantur.
Caussa suspenditur.
Graef van Hoorn.
Hamert.
Valrauius pupillus, mittitur Vianam.

ret expoſcentem, ſed tandem facili credulitate deceptum mulieris animum, Mittitur ægrè a matris complexu auulſus Valrauius, ac Honeſtiſſimis Viris, præcipueq; Iacobo S. Theologiæ Doctore & Gerardo Poelgheeſtio comitatus, ſolus a Broechuſio in Arcem admittitur; eiectoque cum ſuis Suedero Vianio, Broechuſius Reinoldus dominandi auidus, noua Populi acclamatione, vel ipſo pueriliter annuente Valrauio, iterum declaratur Tutor Vicariuſque Pupilli, qui varijs lenocinijs irretitus, diem ex die deinde protelans, & Vianæ altero Pentecoſtaliũ vt moris erat, cum Hornenſi Regulo Alijſque Illuſtribus Viris, altiſſimis iunctis perticis, in aere ligneo elato Pſittaco tela intentans, Matris Aliorumque ſoliciti & anxij amoris, atque adeo proprię ſalutis (quod iuuenili ętati maximè inter luſus facilè contingit) videbatur oblitus. Quamobrem Iolenda tertio feſto, Filias Iodocam & Ioãnam, Odamq́ue Zandenam inter Alias præſtãtem Virginẽ, Quid agat? cur non redeat Filius? rogare

Dominicanis Schoenhouiæ Præfecto. Prior tot Schoonhouen.
Poelgheeſt.
Suederus Vianius eijcitur ex Arce.
Brochu. iterum declaratur Adminiſtrator.
Valrauius Pupillus detinetur Vianæ.
Walrauen ſchiet de Papegay.
Iodoca & Ioanna mittuntur Vianam.
Oede van Zande.

rogare iubet. Quas cum primum vidit Broechusius, miram humanitatē dolo prætendens, introducit in Arcem, Pedissequis Odaque exclusis, quæ Batensteyni muris obambulans, vt fortè per fenestram cum ingressis captisque iam Heroinis colloqui, est deprehensa, ab Oppidanis aliquamdiu strictè seruata atque de varijs interrogata, postea Schōhouiam ad tot luctibus affectam Iolendā mœrens redijt. His gestis, abijt quoque magnificè dimissus Hornēsis. Et Ioanna Bredam relagata, Iodoca Valrauiusque ad vsque Octauum Cal. Iulij, anni sequentis, maxima quidem cura, sed inde remissius seruati, Petri Tambourini, qui Valrauij erat cubicularius fide & industria freti, irrita aliquot & a Broechusio explorata capiētes consilia, incredibili se mutuo complectentes affectu, arctius rursum aliquamdiu cohibendi, a Georgio notho Gisberti, vel totis renitentes viribus, diuelluntur. Tambourinus itemque Alter, vigil nocturnus, cippo inclusi, ac in quæstionem dati, post immanes cru-

Iodoca & Ioanna seruantur à Broechu. exclusis Pedissequis.

Hornensis magnificè discedit Viana.

Ioanna Bredam relegatur.

Tambourinus.

Valrauius cū sorore irrita capit consilia.

Tambourinus cum Socio excarnificatur.

ciatus, interuenientibus Vltraiectinis, ægrè à morte vindicantur: Et milite autorato iam Arcem inuaſuri Suederus Vianius, Vianius Ioannes Iacrſueldus, & Adrianus Hacquius ſpe expectatione que fruſtrantur.

Sweer van Vianen. van Vianen van Jaerſvelt. Hack.

Iolédæ acerbus caſus.

Inter hęc Iolendam quoque dirè penetrauit nouus caſus. Dederat illa non ita pridem cum clauibus ad formas à filia cerę impreſſas, affabrè factis, etiam venenum, conſilio item filiæ ad necem canis domeſtici paratum, Et de inſtituto abſoluendo negotio diligentes literas (vt ſcripſerat ſtatim comburendas) eas fortè ſeruatas & clam ex arca Iodocæ ſublatas, Broechuſius cũ grauiſſima veneficij accuſatione ad Senatum Vltraiectinũ, Dominumq; Montfordienſem mittens, auctor fuit, cur vt Venefica, more ſontium, ex Vrbe (vbi cum familia habitabat) educeretur Vltraiectina. Itaque noua non dicta, & veteri ſuſpenſa cauſſa, cumulatiſſimis iniurijs obruta Iolenda, in Hieroſolymenſi Monaſterio ad Vrbis mœnia ſe contrahebat, cũ interim Broechuſius,

Ioléda veneficij iniuſtè accuſatur.

Iolenda in Hieroſolimenſi Monaſterio (*tũ extra Vrbis mœnia*) ſe contrahit.

omnia adeò ſplendidè adminiſtrabat, Broechuſius ſplēdidè dominatur.
vt Adulti Pupulli futuram eclipſim vehementer metuentes Amici & cõſanguinei, diu fruſtraq́ue laborarent, ad remouendum quem vel ipſi antè ad Res violentè capeſſendas, nõ obſcurè erexerant. Quod cum primum ſenſit, Anno Milleſimo Quadringenteſimo Sep- Broech. Nothos Viana exigit.
1479 tuageſimonono, Nothos omnes eorumq́ue Neceſſarios ex Oppido exegit, Arcem firmiſſimis Præſidijs muniuit, Oppidanos Brederodijs reconciliatos, quamdiu adminiſtratione cedere nollet, vel inuitos ad arma contra ipſum Valrauium ſumenda, ſi opus foret, iureiurando adegit. Potiturq́ue arrepta dominatione, ad Annũ vſque Octua-
1480 geſimum ſupra Milleſimum Quadringenteſimum, donec Guilielmus VVaë- Waeл.
lus, Neſſuſq́ue Guilielmus, fortè Ratio- van Ness.
nes prolixas inferri, exactionibuſq́ue populum grauari, Valrauiumq́ue adulta ætate, mox ad gubernacula prendẽda vtcunque idoneum animaduertentes, conſulto Broechuſio, Iolendam tũ in Arce Brederodica degentẽ, eiuſque

 fratrem

fratrem Ioannem Lalainum, vt res ad concordiam adduceretur, rursum cum Alijs Schonhouiam accerserent; Vbi firmiter tandem stipulatum restipulatumque, Broechusium Viana omniq; administratione cessurum; & Mōtfordiæ quater Mille Aureos florenos Rhenenses accepturum.

Broechusius & Ioléda reconciliātur.

Non multò post, Anno Millesimo Quadringentesimo Octuagesimoprimo, Mense Ianuario, fortissimè aquis vndique frigoribus, niue pruinaque cōcretis, cum Henrico Niueldio Hamatę factioni addictus, cum Cētum Triginta Viris, partim ab Asellinis ante bienniū proscriptis, Leydā inuasit, occupauitque, circiter ad Idus vsque Aprilis.

Broechusius Leydas inuadit.

Apueldt.

.XVIII.

.1473. .1531. .58.

VALRAVIVS SECVNDVS, Reinoldi Secundi filius, è manibus Broechusij liberatus, Anno Millesimo Quadringētesimo Septuagesimooctauo cum Francisco fratre, studij literarum

Valrauius cū Frācisco fratre, mittitur Louanium.

rum & humanitatis gratia missus Lo-
1480 uanium; post biennium, cum Broec-
husio abeunte, Ludouicus Montfor-
dius omnia in pristinum statum resti-
tuerat, Volphardo Hollandię Admini-
stratore, Ioanne Lalaino, & Alijs comi-
tatus, Vianæ in celeberrimo Procerum Valrauius Vianæ inauguratur.
conuentu, solennibus omnibus solita
cærimonia adhibitis, Iusti imperij sa-
cramentum dat accipitque à suis.

Inde in Aula Volphardi Verę & ali- Valrauius in Aula Volphardi agit.
bi assiduus, primum Theodoricum Zu- Zulen.
lenum, postea natum Gisberto Patruo Georgius Valrauij Vicarius.
Georgium Virum strenuũ habuit Vi-
1482 carium: Donec Anno Millesimo Qua-
dringentesimo Octuagesimosecundo,
(Gisberto Baestio procurante (qui Io- Baest.
doci Lalaini consilio, quod Hollandis
aduersaretur Viana erat expulsus) Vin-
centius Suansburgius, viribus Vltraie- Suãsburgius Vianam inuadit. Arcem diripit.
ctensium adiutus, Oppidum, Arcem,
acerrimeque propugnãtem Georgium
expugnaret, Diuitum aedes diriperet,
quicquid in Arce erat penitus expila-
ret, maxima damna omni territorio
(prouocatis Hollandis Vianam recu-

peraturis) inferret, Ipseque tādem, post quatuor menses, Vincentio vt excede-

Valra. soluit Suansburgio 6000. florenos.

ret, summam sex milium Florenorum Rhenensium, Illi ab Vltraiectinis debitam, accepta eorum syngrapha soluēs, iam annos natus viginti, Sacerdotum Senatus & Populi pompa, in Oppidū ac Dominationis Sedem introductus,

Valrauius Res ipse administrat.

aliquot rebellionis auctoribus, morte mulctatis) propria ditione omnia gubernanda susciperet.

Valrauius Equestré dignitatem init, Aquisgrani.

Anno Millesimo Quadringētesimo 148
Octuagesimosexto, 5°. Idus Aprilis, Aquisgrani, à coronato iam Maximiliano Romanorum Rege, in maximorum Christiani orbis Principū augustis comitijs, simul cum ducētis Dynastis potētissimis, multis historijs celebri Mag-

Caroli Magni gladius.

ni illius Caroli gladio ictus, Equestrem inijt dignitatem, Sacramentoque illo factus illustrior, Dominatus à Maioribus acceptos pro ingenita veræ Nobilitatis pietate, semper magnificè prudenterque administrauit.

Borselen. Granpre. Veere. Vlissingen.

Primis nuptijs Margaretæ, Volphardi Borsalij, Magnicampi Veræ & Vlißingæ

Dynastæ, & Carolæ Borboniæ Filiæ, iun- Bourbon.
1492 *ctus; suscepit*, Anno Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo secũdo, pridie Nonas Septẽbris, *Reinoldum Successorẽ, inde Volphardum, Carolam, & Franciscã. Secũdis, ex Anna Guilielmi Dynastæ Nie-* Niewenare.
Wenaræ filia, Franciscum, Baltasarum, & inter filias plurimas, Valburgim, Iolẽdam, Margaretam, & Mariam.

1531 Mortuus Anno Millesimo Quingẽtesimo Trigesimoprimo, mẽse Februario, posituśque Vianæ ad Maiores.

VOLPHARDVS, VALRAVII SECVNDI EX MARGARETA, FILIVS IVNIOR.

Cloctingæ, & territorij Vosholę Do- Cloetinghe.
minus, habuit in matrimonio Adria- Voshol.
nam, Ioannis Domini Asteni Filiam, Asten.
Ioannis Arquelij, Hueclemorum Do- Arkel.
mini sine prole relictam viduam, *ædi-* Hueclem.
ditq́, Reinoldum Vigesimumprimum Brederodæ Dominum, & Margaretam Ioan- Wittẽhorst.
ni VVittenhorstio, Domino Horstensi Horst.
nuptam.

Extinctus in Arce quã habuit Oster- Oosterwijc.
uici in Brabantia, Anno Millesimo

 Quin-

Quingentesimo Quadragesimooctauo. Sepultus ad Patrem Vianæ in summo Choro.

CAROLA VALRAVII SECVNDI, EX MARGARETA FILIA MAIOR.

Burchgraef van Montfoorde. Vxor Ioannis Dynastæ Montfordiensis, Liberos habuit, Iodocum, Henricum, & Franciscam Manderschedio Dynastæ matrimonio iunctam. Manderscheid.

FRANCISCA VALRAVII SECVNDI, EX MARGARETA FILIA MINOR.

Baroen van Merode en Petershem. Vxor Henrici Merodæ & Petershemi Domini, inter proles alias, filiũ habuit Ioannem Menę Antonij Dynastę Bergosomẽsis filię matrimonio iunctũ. Bergen opt zoom.

FRANCISCVS VALRAVII SECVNDI, EX ANNA FILIVS, NATV PRIMVS.

Anno Millesimo Quingentesimo Vigesimonono, Quinto Calen. Iulij, in torrente prope Eindouiam, casu submersus. Eyndouē in de Kempen.

Portentum. Aiunt cõstanter, etiam hac tempestate superstites, matrem eius, tam mi-

ſerandi euentus, pridie veſperi, vt è Caſtro Eindouienſi in hortum iuerat deambulatum, portento quodam fuiſſe premonitam. Rebatur Siurum aut non diſſimilem ante ſe beſtiam diſcurre, quã vt fruſtra capere eſt niſa, mox in antrũ vicinum elabi vidit, ſecutaque pediſſequa, manum antro forte immiſſura, nõ Siurum ſed Anguem vel aliud horrendum conſpexit. Caſtrum Eindouiæ. Siurus.

BALTASAR VALRAVII SECVNDI, EX ANNA FILIVS NATV SECVNDVS,

In matrimoniũ ſociatus Catarinæ, Theodorici Bronchorſtij à Batenburgo, Hunnepelæ & Nedervvormteræ Domini filiæ, Anno Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimoſexto, ſine liberis decedens, in Torenſi Monaſterio humatus, aiunt. Bronchorſt van Batenburch/ Heer van Hunnepel en Nederwormter.

VALBVRGIS, VALRAVII SECVNDI, EX ANNA FILIA,

Benthemi & Stenuordiæ Regulo nupta. Graef van Benthem en Steenvoorde.

IOLENDA, VALRAVII SECVNDI, EX ANNA, FILIA,

Iacobo

Fallais. Bredam. Iacobo Burgundo Fallasij & Bredami Domino nupta.

MARGARETA, VALRAVII SECVNDI, EX ANNA, FILIA,

Abdisse van den Stichte van Thooren. Nobilissimo Monasterio Torensi Præfecta.

MARIA, VALRAVII SECVNDI, EX ANNA FILIA,

van Millendonck / heer van Goor eñ Vronenbroeck. Godefrido Millendoncano, Goræ & Vronenbrocæ Domino nupta.

.XIX.

.1531. .1556. .25.

Brederode. Vianen. Ameyde. Hauerincourt. Burchgraef vã Wtrecht. Opper Houtvester vã Hollant. REINOLDVS TERTIVS, Valrauij Secundi Filius, Brederodæ, Vianæ, Ameydæ, Hauerincourti, Pluriumque Locorum Dominus, Burchgrauius Vltraiectinus, Syluis venatibusque Hollandiæ Præfectus, Alijsque nominibus insignis; Anno Millesimo Quingentesimo Vigesimoprimo, *iunctus matrimonio Philippæ, Roberti Reguli* Graef van der Marck. *Marcani filiæ, Genuit filios, Philippum, Hericum Hæredem, Ludouicum, & Robertum;*

tum; Filias, dum viueret in bono honestoq; statu collocatas, Margaretam, Franciscam, Ioannam, Antoni-penelopen, & Helenam.

Batensteynum à Reinoldo auctum.

Batensteynum, Anno Millesimo
35 Quingētesimo Trigesimoquinto, fortuito incendio plurimum deformatū, ædificijs, magnificaque & lauta supellectile adeo auxit atq; ornauit, vt splendore suo non paucas magni nominis Belgij Arces facilè superaret.

Virtutes Reinoldi.

Reinoldus Tornaci Aureum Vellus accipit à Carolo quinto.

Reinoldus Ordinis Aurei Velleris Decanus.

Ingenio, consilio, & belli experientia eximius, 5[i]. Caroli Imperatoris Turmis Centurijsque magna laude sæpe præpositus; Anno Millesimo Quingentesimo Trigesimosecundo, mēse Ianuario, Tornaci simul cum Lusitaniæ & Scotiæ Regibus, & cum Principe, iam Rege Hispaniarum Philippo alijsque Principibus, Regulis, atque Dynastis, ab Ipso Carolo Augusto, Aureo velle-
556 re cohonestatus, An°. Millesimo Quingentesimo Quinquagesimosexto, Philippo Caroli filio, eorundem Principum Torquatorum, Antvverpiæ conuentum agente atque augente, cum Alios præsentes ætate fortè superabat,

bat, factus Decanus;

Regium Reinoldi Mausoleum.

Bruxellę eodem Anno septimo Cal. Octobris diem obijt supremum. Vianę in regio & admirandæ industriæ (quod viuus extrui iusserat) Mausoleo, vna cũ Coniuge conditus.

Insignia Valquenburgica à Brederodijs omittuntur.

Insignia Valquenburgica, à Coniugio Theodorici Quinti cum Beatrice Valrauij Domini Valquenburgensis filia, hactenus à Brederodijs simul cũ proprijs vno in scuto vsurpata, ab hoc Reinoldo eiusq́ posteris omissa sunt.

PHILIPPVS REINOLDI TERTII FILIVS, NATV MAXIMVS,

Nullo vnquam matrimonio iũctus, militiæ Caroli Quinti Imperatoris addictus, Anno Millesimo Quingentesimo Quinquagesimoquarto Mediolani mortuus, apud D. Francisci Religiosos ibidem honestè conditus est.

Milanen.

LVDOVICVS REINOLDI TERTII FILIVS, NATV TERTIVS,

Propter ingenij roboris & bellicæ virtutis excellentiam, Hauerincourti, Ameydæ, aliorumq́ue bonorum huc referen-

Hauerincourt. Ameyde.

ferendorum, teſtamento Paterno inſtitutus hæres; ſine matrimonio, Anno Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimoſeptimo, in bello Philippi Hiſpaniæ & Henrici Galliæ Regis, generoſe decertans, ad fanum D. Quintini cæſus. Humatus Vianæ ad Auos. S. Quintijn.

ROBERTVS REINOLDI TERTII FILIVS, NATV QVARTVS,

A Roberto Crouiaco Pontifice Cameracenſium, in Succeſſorem cooptatus, ſed à Maximiliano Bergoſomenſi excluſus; Circa Annum Milleſimum Quingēteſimum Sexageſimumſextū, è Bello Turcico redux, in Germania ſine vxore aut liberis fato functus.

Coadiutor Pōtificis Cameracenſis Crouij. Maximilianus, ex Diſma VVaterdyci Domino Notho Ioānis Domini Bergoſomenſis, & Filia N. Domini VVateruliedij.

MARGARETA REINOLDI TERTII FILIA PRIMA,

Petro Erneſto Manſueldiæ Regulo in matrimonium data. Graef van Manſuelt.

FRANCISCA REINOLDI TERTII FILIA SECVNDA,

In Gallia Nobili Virginū Monaſterio Præpoſita.

IOAN-

IOANNA REINOLDI TERTII FILIA TERTIA,

Bronchorst van Batenburch / Heer tot Hunnepel.

Pacto matrimonij vincta Iodoco Bronchorstio à Batēburgo, Hunnepelæ Domino, edidit Gertrudim.

ANTONI-PENELOPE, REINOLDI TERTII FILIA QVARTA,

Graef van Isenburch.

Dynastæ Isenburgico nupta.

HELENA REINOLDI TERTII FILIA QVINTA,

Perenot. Granuelle. Chantonei. Cantecroix.

Thomæ Perenoti, Granuellæ Chãtonæque Domini, & Dynastæ Cantecroiæ Vxor.

.XX.

.1556. .1568. .12.

Bruyssel.

HENRICVS SECVNDVS, Reinoldi Tertij Filius, natus Bruxellæ, Anno Millesimo Quingentesimo Trigesimoprimo, Decimotertio Calē. Ianuarij, & in Aulæ Sacello, lustralibus Vadibus Henrico Nassouiæ Regulo, Philippo Crouiaco Dynasta Arschotano,

Henricus nascitur & baptisatur Bruxellæ. Nassouwe. Crouy. Aerschot.

tano, & Maria Mendozana Dynastæ Genettēsis sorore germana, sacra lotione initiatus; Postquā sine sobole fratres vita concesserant, Dominatuum Dignitatumque paternorum hæres atque possessor, vsque dū inter alios Ordinis sui Illustres Viros, vehemens Libertatis Assertor, Anno Millesimo
67 Quingentesimo Sexagesimo septimo, (nomine Philippi Hispaniȩ Regis, amplissimo patrimonio confiscato) cum plurimis Belgij Nobilibus in eādem libertatem confœderatis, solum vertere, & in VVestphalia se contrahere coactus est.

De Mendoza. Genette.

Henricus Assertor Libertatis.

Henrici Bona confiscātur.

Henricus in Westphalia se contrahere cogitur.

Vir aulicus atq; magnificus, ex matrimonio Ameliæ filiæ Gomperti Dynastæ Nienaræ & Limburgi, Dominique Alpensis, & N. Schovvenburgi, Holsteyni, Sternenburgi Illustris Do-
568 minæ, nulla suscepta prole, Anno Millesimo Quingētesimo Sexagesimo octauo, in Arce Horneburgensi ditionis Rechlicusanæ è vita excedēs, Gemeni, tum Iodoci Schovvenburgij (Borchemijs vicinis, & Monasteriensibus non

Graef van Nieenare ende Limburch/ Heer van Alpen. Gravinne van Schouwenburch/ Holsteyn ende Sternenburch. Hornebürch. Rechelichusen. Gemen. Borchem.

ignoto) oppidulo, terræ redditus.

Hæres Henrici.

Instituerat firmo relicto testamẽto, omnium Bonorum suorum hæredem, Joannam Brederodiam Hunnepelæ Dominam, cum fato fungebatur Sororum natu maximam, verum etiam Illa, dum fisco Regio adhuc erant ascripta, Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimotertio extincta, cum Anno Millesimo Quingente- 157
simo Septuagesimosexto, Gãdaui inter alia Ordinum Belgij pacta constitutum esset, vt caussa tumultuum toto passim Belgio excitatorũ confiscata Bona, vtrinque proscriptis, aut eorum hæredibus restituerentur, Vianæ & Ameydæ Dominatus, aliaque coniuncta, testamenti tenore fortè expressa, Gertrudi Broechusiæ à Batenburgo, Joannæ Brederodiæ vnicæ filiæ & heredi, obuenerunt. At Brederodæ imperium, ex quo sine liberis Henricus excesserat, beneficiali iure Hollandiensi imperio cõiunctum, & Ameliæ Henrici Viduæ (durante adhuc Bello inter Philippum Hispaniæ Regem & Hollandiæ Ordines) Anno Millesimo Quingentesimo Sep- 157
tuagesimooctauo, Bonorum Brederodiorũ vsus, quoad viuet concessus est.

Pacificationis Gandauensis, Pactum, de bonis Confiscatis restituendis.

Gertrudis Vianæ & Ameydæ Domina, *dũ hæc scribo Vianæ in Arce Batensteyniensis superstes.*

Imperiũ Brederodicum Hollandiẽsi imperio additum.

Ameliæ prouentus Brederodici cõceduntur.

Brede-

Brederoda Domino destituta.

.1568. .1579. .11.

.XXI.

.1579. .1584. .5.

REINOLDVS QVARTVS, Volphardi, fratris Reinoldi Tertij Filius, Cloetingæ, Asteni, & Vosholæ Dominus, cũ iam Annos circiter vndecim Brederoda Domino destituta, & Stirps Brederodica hactenus cõseruata, ablatis bonis grauiter periclitabatur, amore Nobilissimæ propaginis, consensu Hollandiæ Procerum (saluis
1579 Ameliæ concessis) Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimonono, Vigesimusprimus Brederodę constitutus Heros. *Habuit in Mariæ Domini Doernensis filiæ matrimonio, Henricum, Valrauium Successorem, Florentium, Volphardum, Maximilian-Lubbertum; Annam, Adrianam, Margaretam, Susannã, & Alios ante pubertatem extinctos. Item*

Cloetinghe. Asten. Vosthol.

Reinoldus ab Hol. ordinib. Brederodæ Dominus cõstituitur.

Heer van Doerne.

à morte Mariæ, iterum Helenæ Ioan-gerardi filiæ Manderſchedæ Blanquēhemi Dynaſtæ & Gerardſteyni Domini matrimonio ſociatus, Theodoricū prima ætate mortuum, & gratæ formæ Adrian-franciſcā.

Graue van Manderſchend ende Blankenhe. H. van Gerardſteyn.

Diem obijt Anno Milleſimo Quin- 158
genteſimo Octuageſimoquarto, tertio Idus Aprilis. Situs Harlemi in Templo Maximo.

.XXII.

.1584.

VALRAVIVS TERTIVS, Reinoldi Quarti filius, à morte Parētis, inter Fratres natu maximus; Iūctus Guilielmi Domini Haeſteni & Heruini filiæ, Nicolai Domini Aſſendelfij nullis cum liberis Viduæ.

Haeſten. Herwijnen. Aſſendelſt.

Is ipſe, Cui has meas Anni Mil- 15
leſimi Quingenteſimi Octuageſimiſexti lucubrationes atque moleſtias, Veluti Principi ſuæ Gentis, (quam (vt ſcripta vndique congeſta fidem mihi facere viſa ſunt) ſine

aſſen-

aſſentatione, ab Anno Nongenteſimo Octuageſimooctauo, IAM PER QVINGENTOS NONAGINTASEPTEM ANNOS, armis togaque inter Hollandos claruiſſe probaui) in Batauinæ Reipublicæ & omnium Brederodiorum gratiam, atque vtilitatem, nullius commodi expectatione corruptus, integerrimo affectu, Hoc An-
587 no Milleſimo Quingẽteſimo Octuageſimoſeptimo, ſponte mea, vt opus nuper inchoatum aliquando abſoluam, dicandas exiſtimaui.

P. C. B. G.

CATALOGVS CONIVGVM ILLVSTRIVM BREDERO-DIORVM.

P. C. Bockenbergij.

.I.

ZYPHRIDI CONIVX.

Tetta. Wt de Coningen van Vrieslant.

TETBVRGA, Gosuini Staucreni, Regũ Frisiorum genere Illustris, & inter Frisios Vlteriores auctoritate potestateque præcipui Filia; Egmondæ ad Maritum sepulta.

.II.

THEODORICI PRIMI.

Vã de Heere van Huesden.

ALVERARDIS, 2ª. Balduini Domini Huesdeni Filia, Regum Anglorũ progenie clara.

.III.

GVILIELMI PRIMI.

Vã de Grauẽ van Seyne.

ADELHEIDIS .1ª. Seinensis Reguli Filia.

.IIII.

THEODORICI SECVNDI.

Vã de Grauen van Solms.

AGNES, Dynastæ Solmensis Filia, multis Illu-

Illuſtribus & nobilibus Germanis comitantibus marito tradita.

.V.

GVILIELMI SECVNDI.

CATARINA, Illuſtris Domini Salmenſis Filia. Vã de Grauen vã Salmen.

.VI.

FLORENTII.

CHRISTINA, Dynaſtæ Gennepienſis Filia. Vã de Grauẽ van Gẽnip.

.VII.

GVILIELMI TERTII.

MARGARETA, 1ª. Dynaſtæ Lippiani Filia. Vã de Grauen van de Lippe.

.VIII.

THEODORICI TERTII.

ADELHEIDIS. 2ª. Filia Guilielmi Hollandiæ Præfecti, Filij Guilielmi Primi, Decimitertij Hollandiæ Reguli. Wt de Grauen vã Hollant.

.IX.

ALPHARDI.

BEATRIX. 1ª. Reguli Hornenſis Filia. Vã de Grauẽ van Hooren.

.X.

GVILIELMI QVARTI.

HILDEGONDIS, Domini Voernani Filia, Vã de Heere van Voern.

lia; Diem obijt ſupremum Anno Milleſimo 130
Trecenteſimoſecundo.

.XI.

THEODORICI QVARTI.

Vā de Heeren vander Lecke.

MARIA.1ª.Henrici Polanij, Domini Leccæ Filia; Vita conceſſit, Anno Millesimo Trecenteſimo Septimo. 130

.XII.

HENRICI PRIMI.

Vā de Heeren vander Fontepne.

ISABELLA, Domini Fontani Filia; Diem obijt, Anno Milleſimo Trecēteſimo Quadrageſimoſexto. 134

.XIII.

THEODORICI QVINTI.

Vā de Heeren vā Valkenburch.

BEATRIX.2ª. Valrauij Domini Valquēburgij & Montiouæ Filia; Exceſſit Anno Milleſimo Trecenteſimo Quinquageſimoquarto. Reynſburgi humata. 1354

.XIIII.

REINOLDI PRIMI.

Vā de Grauē van Gennip.

IOANNA.1ª. Dynaſtæ Gennepienſis Filia; Obijt Anno Milleſimo Quadringenteſimo Decimotertio, quarto Cal. Aprilis. 1413

.XV.

IOANNIS.

Vā de Heerē van Apcoude.

IOANNA.2ª.Guilielmi Domini Apcoude & Bata-

& Batauoduri Filia, Anno Millesimo Quadringentesimo Vndecimo, Quarto Idus Ianuarij, Batauoduri in Monasterio, nimio mœrore consumpta.

.XVI.

VALRAVII PRIMI.

IOANNA, 3ª. Henrici Domini Vianæ & Ameydæ vnica Filia; Anno Millesimo Quadringentesimo Decimooctauo, Vianę ad Cóiugem sepulta. Vā de Heeren vā Vianen.
418

.XVII.

REINOLDI SECVNDI.

IOLENDA, Guilielmi Domini Lalaini, Præfecti Hollandiæ Filia. Vā de Heeren van Lalayn.

.XVIII.

VALRAVII SECVNDI.

MARGARETA, 2ª. Volphardi Borsalij, Magni-campi Dynastę, Verę Vlissingæq; Domini, & Carolæ Borboniæ, Filiæ Ludouici Borbonij Dynastæ Claremontensis & Montpensiri Filia. Vita concessit Bruxellæ, Anno Millesimo Quingentesimo septimo, Sita Vianæ ad maritum. Vā de Heerē van Borselen.
1507

ANNA, Filia Guilielmi Dynastę Niewenaræ. Fato obijt, Anno Millesimo Quingentesimo Trigesimoquinto, mense Augusto. Bebberę (vt fertur) sepulta. Vā de Graven vā Niewenare.
1535

.XIX.

REINOLDI TERTII.

Vā de Grauen vander Marck.

PHILIPPA, Dynastæ Marcani, Esdaini Iamesæq; Domini, & Catarinæ Crouiacæ Filia, cum amplis patrimonij bonis, etiam decẽ Millibus Florenorum à Carolo Quinto Imperatore, item ab Erardo Marcano Patruo, Pontifice & Cardinale Leodiensium Florenorum Decem & quinque Millibus dotata. Finiuit vitã Bruxellæ, Anno MillesimoQuin- 1537
gẽtesimo Trigesimoseptimo, mense Februario. Vianæ ad Maritum magnificè sepulta.

.XX.

HENRICI SECVNDI.

Vā de Grauen vā Nievvenare.

AMELIA, Filia Gomperti Nienaræ Limburgique Dynastæ, & N. Schowẽburgi, Holsteyni, Sternẽburgi Illustris Dominæ. A morte Henrici, Anno Millesimo Quingentesimo 1569
Sexagesimonono, Illustrissimo Principi Electori, Palatino Rheni, Frederico nupta; Et illo, Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimosexto etiã morte absumpto, nunc nulla suscepta prole Harlemi superstes.

Reliquit Princeps Proles vtriusque sexus, ex priori Coniuge Reguli Brandenburgẽsis Filia.

.XXI.

REINOLDI QVARTI.

Vā de Heerẽ vā Doerne.

MARIA. 2ª. Domini Dornensis Filia.

Vā de Gra-

HELENA, Filia Ioan-gerardi, Manderschedę,

schedæ, Blanquenhemi Dynastæ & Gerardsteyni Domini. ue vā Manderscheid.

.XXII.

VALRAVII TERTII.

GVILIELMA, Domini Haesteni & Heruini Filia, Ante Cōiunx Nicolai Domini Assendelfij, Eoque sine Liberis mortuo, iam Bonis eius, Matrimonij pacto (quo Assendelfij hæredes, quoad viuit vsu fructuque eorum carent) gaudens; Heroina benigna cum primis in pauperes & liberalis, Grauenhagæ simul cum Marito superstes. Vā de Heere vā Haesten. Vsufructuariā vocant.

Hæ Coniuges Illustrium Dominorum Brederodiorum, Ab Anno Nongētesimo Octuagesimooctauo, ad Annum vsque Millesimum Quingentesimum Octuagesimumseptimum.

CATA-



CATALOGVS GENTILICIVS,

DECLARANS EX QVAM ILLVSTRI Gente, quibusque Regulis & Dominis, Illustrium Brederodiorum Coniuges proximè sint oriundæ.

P. C. BOCKENBERGII.

FAMILIA ET GENVS.	PARENTES.	CONIVGES.	DD. ILLVSTRES.	ORDO.
APCOVDÆ DOMINI.	Etiam Batauoduri Domini Guilielmi Filia.	*Ioanna.*	Ioannis.	15.
BORSALIÆ DOMINI.	Volphardi, etiã Magnicãpi Comitis, & Veræ Vlissingeq; Domini Filia.	*Margareta.*	Valrauij. 2.	18.
DOERNÆ DOMINI.	Domini Filia.	*Maria.*	Reinoldi. 4.	21.
FONTAINÆ D[illegible]	Domini Filia.	*Isabella.*	Henrici. [illegible]	1[illegible]

FRISIÆ REGIS.	Goduini Stauerensis, ex Regis Fri- siæ orti Filia.	[illegible]	[illegible]	[illegible]
GENNEPI COMITIS.	Comitis Filia.	*Christina.*	Florentij.	6.
	Comitis Filia.	*Ioanna.*	Reinoldi. 1.	14.
HAEFTENI DOMINI.	Domini Filia.	*Guilielma.*	Valrauij. 3.	22.
HOLLANDIÆ COMITVM.	Guilielmi Hollandiæ Reguli Filij, Guilielmi Filia.	*Adelheidis.*	Theodorici. 3.	8.
HORNÆ COMI.	Comitis Filia.	*Beatrix.*	Alphardi.	9.
HVESDÆ DOMINI.	Balduini Secundi Filia.	*Aluerardis.*	Theodorici. 1.	2.
LALAINI DOMINI.	Guilielmi Hollandię Præsidis Filia.	*Iolenda.*	Reinoldi. 2.	17.
LECCÆ DOMINI.	Henrici Polanij Filia.	*Maria.*	Theodorici. 4.	11.

FAMILIA ET GENVS.	PARENTES.	CONIVGES.	DD. ILLVSTRES.	ORDO.
LIPPLÆ COMITIS	Comitis Filia.	*Margareta.*	Guilielmi. 3.	7.
MANDERSCHEDÆ COMITIS.	Ioan-gerardi Blanquenhemi item Comitis, & Domini Geratſteyni Filia.	*Helena.*	Reinoldi. 4.	21.
MARCÆ COMITIS.	Roberti Comitis Filia.	*Philippa.*	Reinoldi. 3.	19.
NIENARÆ COMITIS.	Guilielmi Comitis Filia.	*Anna.*	Valrauij. 2.	18.
	Gomperti, etiam Limburgi Comitis, & Alpeni Domini Filia.	*Amelia.*	Henrici. 2.	20.
SALMENI COMITIS.	Comitis Filia.	*Catarina.*	Guilielmi. 2.	5.
SEINÆ COMITIS.	Comitis Filia.	*Adelheidis.*	Guilielmi. 1.	3.

GI DOMINI.	ni Filia.			
VIANÆ DOMINI.	Henrici, etiam Vianæ Domini, vnica Filia.	*Ioanna.*	Valrauij.1.	16.
VOERNÆ DOMI.	Henrici Domini Filia.	*Hildegondis.*	Guilielmi.4.	10.

Admonendos hoc loco censeo, Gentium quosdam curiosos Censores, Illustres Brederodios, Illustribus Opulentissimisque Cõiugibus etiam ad hoc vsque tempus (quo Amelia Gomperti Nienaræ & Limburgi Reguli Filia, Henrici Secundi Vidua, cui Brederodæ hactenus cedunt Census, Illustrissimo Principi Electori Palatino Rheni Frederico nupta est) matrimonio semper fuisse coniunctos.

CATALOGVS GENTILICIVS,

OSTENDENS, QVIBVS FAMILIIS AVT Dominis, Plerique Illustrium Brederodiorum Liberi, matrimonio proximè sint iuncti.

P. C. BOCKENBERGII.

FAMILIA AVT DOMINATVS.	CONIVGES.	LIBERI ILLVSTRIVM DOMINORVM.	ORDO.
ASTENI DOMINI.	*Ioannis Domini Filiæ, Adrianæ.*	Volphardus Valrauij Secũdi Filius, ex Margareta natu iunior.	18.
BENTHEMI COMITIS.	*Etiam Stenuordiæ Comiti.*	Valburgis Valrauij Secundi Filia, ex Anna natu maxima.	18.
BRONCHORSTI A BATENBVRGO,	*Etiã Hunnepelæ & Nederwormteræ Dñi Filiæ, Catarinæ.*	Baltasar Valrauij Secundi, ex Anna Filij, natu secundus.	18.
	Etiam Hunnepelæ Domino,	Ioanna Reinoldi Tertia Filia	
BVRENI DYNASTÆ.	*Dynastæ Filiæ Mariæ.*	Theodoricus Theodorici quarti Filius, natu iunior.	
		Helena Reinoldi Tertij Filia quin-	19.

BVRENI DYNASTÆ.	*Dynastæ Filiæ Mariæ.*	Theodoricus Theodorici quarti filius, natu iunior.	11.
CANTECROLÆ COMITIS.	*Etiam Granuellæ & Chantonæ Domino, Thomæ.*	Helena Reinoldi Tertij Filia quinta.	19.
EGMONDÆ DYNASTÆ.	*Ioannis Dynastæ Filiæ, Bertæ.*	Valrauius Theodorici Quinti filius, natu iunior.	13.
FALLASII DOMINI.	*Etiam Bredaini Domino, Iacobo.*	Iolenda Valrauij Secundi, ex Anna Filia.	18.
GAVERENI BARONIS.	*Etiam Rottelingæ Domino, Joanni.*	Valrauia Reinoldi Secundi Filia, natu tertia.	17.
GORÆ DOMINI.	*Etiam Vronenbrocæ Domino Godefrido.*	Maria Valrauij Secundi Filia.	18.
ISENBVRGI COMITIS.	*Comiti.*	Antoni-penelope, Reinoldi Tertij Filia.	19.

FAMILIA AVT DOMINATVS.	CONIVGES.	LIBERI ILLVSTRIVM DOMINORVM.	ORDO.
LVTZENBVRGI REGVLI.	*Reguli Filiæ Elisabetæ.*	Guilielmus Theodorici Quarti Filius, natu maximus.	11.
MANSVELDIÆ COMITIS.	*Petro-ernesto Comiti.*	Margareta Reinoldi Tertij Filia, natu maxima.	19.
MERODÆ BARONIS.	*Etiam Petershemi Baroni Henrico.*	Francisca Valrauij Secundi Filia, ex Margareta, natu maxima.	18.
MERWEDÆ DOMINI.	*Etiã Steini Domini Danielis Filiæ Margaretæ.*	Guilielmus, Reinoldi Primi Filius, natu minimus.	14.
MONTFORDIÆ DYNASTÆ.	*Ioanni Dynastæ.*	Carola Valrauij Secundi, ex Margareta Filia, natu minima.	18.
PERSYNI DOMINI.	*Etiam Waterlandiæ Domino Ioanni.*	Iudita, Theodorici Quarti Filia.	11.
POLANI DOMINI.	*Etiã Lecce Domino, Ioanni.*	Catarina Theodorici Quinti Filia.	13.

POLANI DOMINI.	*Etiã Leccæ Domino, Ioanni.*	Catarina Theodorici Quinti Filia.	13.
TEYLINGÆ DOMINI.	*Guilielmi Domini Filiæ, Catarinæ.*	Guilielmus Theodorici Quarti Filius, natu maximus.	11.
WAERDENBVRGI DOMINI.	*Etiam Ameroiæ, & Broechusæ Domino, Gerardo.*	Helena, Reinoldi Tertij, Filia quinta.	19.

Obseruent hic rursum Gentium Censores, Ipsos Brederodæ Heroas, non ad indignas descendisse familias, quorum Liberi tantis Dynastis matrimonio sunt iuncti.

CATALOGVS OMNIVM FERE PERsonarum, quarum in Historia DD. Brederodiorum fit mentio.

P. C. Bockenbergij.

Numerus Ordinem DD. Brederodiorum designat, quem proximè sequitur Catalogus, vt Index.

dæ vnica Filia, vxor Valrauij.1. .16.

Ameyde. *Reinoldus.2us. Brederodæ, Vianæ & Ameydæ Dominus.* .17.

Apcoude. *Ioanna Guilielmi Domini Apcoudæ & Batauoduri Filia, Ioannis Decimiquinti Brederodæ Domini vxor, &c.* .15.

Apcoude. *Iacobus Gaesbecæ & Apcoudæ Dominus, à Diepholdio proscriptus, reuocatur à Gisberto.* 16.

Arkel. *Ioannes Arquelius, cum Theodorico quinto & alijs Hollandiæ Nobilibus, ad Montem Castetensem strenuè pugnat.* .13.

Arkel. *Ioannes Arquelius Gorcomi obsessus.* .16.

Arkel. *Ioannes Arquelius, damna Bredordijs intulit.* .17.

Arkel. *Adriana Ioãnis Arquelij & Hueclemi Dñi vidua, Volphardi Filij Valrauij 2i.vxor.* .18.

Asperen. *Rutgerus Boetzelaræ, Asperæ, & Langeracæ Dominus, inter Alios Hollandiæ Nobiles, cum.2°.Reinoldo Philippo Burgundo cõtra Gandauenses auxiliaris.* .17.

Assendelft. *Gerardus Assendelphius, Schonhouiæ inter alios Nobiles.* .17.

Assendelft. *Guilielma Domini Haefteni & Heruini Filia, Vidua Nicolai Assendelfij, vxor Valrauij.3ij.* .22.

Asten. *Adriana Ioannis Domini Asteni Equestris Ordinis, Filia, Ioannis Arquelij, Hueclemorum Domini vidua, vxor Volphardi, Filij Valrauij 2i. ex Margareta.* .18.

Asten. *Reinoldus.4us.Cloetingæ, Asteni, & Vosholæ Dominus.* .21.

greditur, &c. .15.
Blankenhem. *Helena Ioan-gerardi, Manderschedæ Blanquenhemi Dynastæ & Gerardsteyni Domini Filia, Vxor Reinoldi, 4*[i]. .21.
Blomesteyn. *Ioannes Blomesteynus, Prætor Cunemariæ ab officio remotus.* .14.
Bloys. *Ioannes Regulus Blosiensis, contra Guilielmum Principem Iuliacensium ad Wageningam congreditur.* .14.
Bochout. *Philippus Bochoutius Vianæ ex Arce descendens, glande traiectus.* .17.
Boetzelaer. *Rutgerus Boetzelaræ, Asperæ, & Langeracæ Dominus, cum Reinoldo. 2°. Alijsq; Hollandiæ nobilibus, Philippo Burgundo, contra Gandauenses auxiliaris.* .17.
Borselen. *Volphardus Borsalius, Veræ Dominus, Hollandiæ Principes vi tempestatis in Zelādiam appulsos, non sine Hollandiæ Procerum iniuria excipit, &c.* .11.
Borselen. *Margareta, Volphardi Borsalij, Magnicampi Veræ Vlissingæq; Dynastæ Filia, Vxor Valrauij. 2*[i]. .18.
Bossu. *Petrus Henninus Bossui Dominus, Maritus Sororis Iolendæ.* .17.
Bourbon. *Carola Borbonia mater vxoris Valrauij. 2*[i]. .18.
Brakel. *Gerardus Broechusius Braquelēsis, Auxiliaris Reinoldo Broechusio.* .17.
Brandt. *Ioannes Brādius proscriptus, opera Reinoldi. 2*[i]*. ab exilio reuocatur.* .17.
Bredam. *Iacobus Burgundus, Fallasij & Bredami*

Dominus, Maritus Iolēdæ, Valrauij. 2i. Filiæ. .18.

Broechusen. *Gerardus Werdenburgi, Ameroiæ & Broechusæ Dominus, Maritus Valrauiæ Valrauij. 1i. Filiæ.* .16.

Broechusen. *Reinoldus Valrauiæ Filiæ. 1i. Valrauij Filius, &c.* .17.

Broechusen. *Gerardus Broechusius Braquelensis, Auxiliaris Reinoldo Broechusio.* .17.

Bronchorst. *Catarina Theodorici Bronchorstij à Batēburgo, Hunnepelæ & Nederwormteræ Domini Filia, vxor Baltasari, Valrauij. 2i. ex Anna Filij.* .18.

Bronchorst. *Iodocus Bronchorstius à Batenburgo, Hunnepelæ Dominus, Maritus Ioannæ Reinoldi, 3ij. Filiæ.* .19.

Bueren. *Maria Domini Buereni Filia, vxor Theodorici, Filij Theodorici. 5i.* .11.

Calslaghe. *M. Gerardus Calslagius, Legatus ad Iolendam Reinoldi. 2i. Viduam.* .17.

Campen. *Ludolphus Campensis.* .17.

Cantecroix. *Thomas Dominus Granuellæ & Chātonæ, Comes Cantecroiæ, Maritus Iolendæ Filiæ Reinoldi. 3ij.* .19.

Chanthonei. *Idem.* .19.

Cleef. *Ioannes Cliuiorum Princeps pro Gisberto Brederodio, intercedit apud Philippum Burgundum.* .16.

Cleef. *Princeps Cliuiorum Gennepum inter liberos Reinoldi. 1i. diuisum coemit.* .14.

Cloetinghe. *Volphardus Valrauij. 2i. ex Margareta,*

Egmondt. *Guilielmus Egmõdæ Dominus, cũ Theodorico. 4°. & Antistite Egmondano, Hollandiæ Principes reducit ex Anglia.* .11.

Egmondt. *Berta Ioannis Domini Egmondani filia vxor Valrauij, Filij Theodorici. 5ⁱ.* .13.

Egmondt. *Ioannes Egmõdanus, cum alijs Hollandiæ Nobilibus, in Flandros.* .13.

Egmondt. *Ioannes Egmõdanus, Hollandiæ Administrator, Bello nauali vincit Franciscum Brederodium.* .17.

Fallais. *Iacobus Burgundus, Fallasij & Bredami Dominus, Coniunx Iolẽdæ, Valrauij. 2ⁱ. Filiæ.* 18.

Fontaine. *Isabella Domini Fontanij Filia, vxor Henrici. 1ⁱ.* .12.

Gaesbeeck. *Ioannes Decimus-quintus Brederodæ Dominus, à Frederico Blanquẽhemio captus, Iacobo Gaesbequio Batauoduri custodiendus traditur, &c.* .15.

Gaesbeeck. *Iacobus Gaesbecæ & Apcoudæ Dominus, à Diepholdio cum alijs proscriptus, à Gisberto Brederodio reuocatur.* .16.

Gaueren. *Ioãnes Gauerenus, Rottelingæ Dominus, Valrauiæ Reinoldi. 2ⁱ. Filiæ coniunx.* .17.

Gelder. *Adolphus Geldriæ Regulus.* .17.

Genette. *Dynasta Genettensis, frater Mariæ Mẽdozanæ, Vadis lustralis, Henrici. 2.* .20.

Gennep. *Christina Illustris Domini Gennepiensis Filia, vxor Florentij.* .6.

Gennep. *Ioanna Illustris Domini Gennepiensis Filia,*

minus, cum Guilielmo Brederodio alijsq; ab Asellinis Hollandia pulsis confœderatus. .14.

Hamert. *Ioannes Hamertius, Reguli Hornensis socius, in abducendo Valrauio Pupillo.* .17.

Hauerincourt. *Reinoldus. 3us. Hauerincourti Dominus.* .19.

Hedel. *Ludolphus Bergensis, Hedelæ Dominus, socius Reinoldi Broechusij.* .17.

Heemstede. *Ioannes Heemstedus Cunemariæ Prætor, cū Alijs Hollandiæ Nobilibus, Philippo Burgundo contra Gandauenses auxiliaris.* .17.

Hennin. *N. Soror Iolendæ, Coniunx Petri Hennini Domini Bossui.* .17.

Hensbergh. *Ioannes Hensbergius, Pontifex Leodiensis, &c.* .16.

Hensbergh. *Ioannes Hensbergius Pont. Leodiensis pro Egmondanis captis, apud Valrauium Primū, intercedit.* .16.

Herwijnen. *Guilielma vxor Valrauij. 3ij. Domini Haesteni & Heruinæ filia.* .22.

Hollant. *Adelheidis filia Guilielmi, Hollandiæ Præfecti, vxor Theodorici. 3ij.* .8.

Holsteyn. *N. Mater Ameliæ vxoris Henrici. 2i. Illustris Domina Schowenburgi, Holsteyni, & Sternenburgi.* ..20.

Homoedt. *Henricus Dominus Homoedius, Captus ad Wageningam, à Reinoldo. 1o.* .14.

Horen. *N. Illustris Domini Hornensis Filia Beatrix, vxor Theodorici. 3ij.* .9.

Horen. *Ludolphus Hornius, ad Pontificem Max. pro Gisberto Brederodio, cum alijs legatus.* 16.

Horen.

Langheracæ Dominus, cum Reinoldo.2°.Alijsq; Hollandiæ Nobilibus, Philippo Burgundo contra Gandauenses auxiliaris. .17.

Lanoy. *Ioannes Lanoyus Hollandiæ Administrator, &c.* .17.

Lecke. *Leccanorum origo.* .2.

Lecke. *Maria Henrici Polanij Domini Leccani Filia, vxor Theodorici.4i.* .11.

Lecke. *Ioannes Polani & Leccæ Dominus, Maritus Catarinæ, Filiæ Theodorici.5i.* .13.

Leyden. *Philippus Burchgrauius Leydensis, cum Alijs Hollandiæ Nobilibus, in Flandros.* .13.

Leyden. *Philippus Burchgrauius Leydensis, cum Alijs ab Asellinis Hollandia pulsis, confœderatus.* .14.

Limburch. *Valrauius, Valquenburgi ac Montiouæ Dominus, natus ex iuniori filio Ducis Limburgi, Pater Beatricis Vxoris Theodorici Quinti.* .13.

Lippe. *Margareta Illustris Domini Lippiani Filia, vxor Guilielmi.3ii.* .7.

Lueff. *Ioannes Luefius, à Iolenda Vianam accitus.* .17.

Lutzenburgh. *Elizabeta, Reguli Lutzenburgensis Filia, Prima vxor Guilielmi Filij Theodorici Quarti.* .11.

Manderſched. *N. Manderſchedæ Dynaſta, Maritus Franciſcæ, Filiæ Carolæ, quæ nata eſt Valrauio.2°. & Margareta.* .18.

Manderſched. *Helena Ioan-gerardi, Manderſchedæ*

Mont-

Montfoerdt. *Ludouicus Montfordius, Vianæ post discessum Broechusij, omnia in pristinum statum restituit.* .18.

Montfoerdt. *Joannes Dynasta Montfordiensis maritus Carolæ Valrauij.2ⁱ.filiæ.* .18.

Montiouwe. *Beatrix Valrauij Valquenburgi & Montiouæ Dñi filia, vxor Theodorici.5ⁱ.* .13.

Naeldwijck. *Henricus Naelduicus, cũ Alijs Nobilibus, in caussa Iolendæ, Schonhouiæ.* .17.

Nassouwe. *Ioannes Nassouiæ Regulus, à Philippo Burgundo Vltraiectũ missus, petit Dauidi Pontificatum.* .16.

Nassouwe. *Engelbertus Nassouiæ Regulus, Bredæ.* .16.

Nassouwe. *Engelbertus Nassouius cum Alijs Nobilibus, Reinoldo.2°.honoris caussa assistit.* 17.

Nassouwe. *Henricus Nassouius, Vas lustralis Hẽrici.2ⁱ.* .20.

Nederwormter. *Catarina Theodorici Bronchorstij à Batenburgo, Hunnepelæ, & Nederwormteræ Domini filia, vxor Baltasari filij Valrauij.2ⁱ.* 18.

Nefs. *Guilielmus Nessus.* .17.

Nienare. *Anna, Guilielmi Dynastæ Nienaræ Filia, Valrauij.2ⁱ.vxor secunda.* .18.

Nienare. *Amelia, Gomperti Dynastæ Nienaræ & Limburgi, Dominiq; Alpensis filia, vxor Henrici.2ⁱ.* .20.

Noortwijck. *Gerardus Nortuicus Iudex Septemuir Harlemẽsis, à Valrauio Reinoldi.2ⁱ.Notho, ad Biltam trucidatus.* .17.

bilibus in caussa Iolendæ, Schonhouiæ. .17.
Putte. *Nicolaus Dominus Puttenus.3°. Guilielmo Hollandiæ Principi à Consilijs.* .11.
Preys, *vel* Proys. *Iacobus Preisius, Frater Ioannis Renessei, Collegij Summi Decani.* .16.

Raephorst. *Adelbertus Raephorstius, Prætor Harlemensis, &c.* .17.
Rauesteyn. *Philippus Cliuius Rauesteynus, Slusæ, Flandrorum in rebellione contra Maximilianũ Romanorum Regem, Caput.* .17.
Renesſ. *Hildegondis Henrici Domini Voernensis Filia, Costini Domini Renessei Vidua, vxor Guilielmi.4ⁱ.* .10.
Renesſ. *Ioannes Renesseus Vltraiecti Summi Collegij Decanus.* .16.
Rhijn. *Hermannus Rhenensis, cum Alijs ad Pont. Max. pro confirmatione Gisberti missus.* .16.
Rottelingh. *Ioannes Gauereni Rottelingaq́; Dñi, maritus Valrauiæ, filiæ Reinoldi.2ⁱ.* .17.

Salmen. *Catarina Illustris Domini Salmensis filia, vxor Guilielmi.2ⁱ.* .5.
Seine. *Adelheydis, Illustris Seinensis Domini Filia, Vxor Guilielmi. 1ⁱ.* .3.
Scerpezeel. *Godofridus Scarpezelus, Auxiliaris Reinoldo Broechusio, Vianæ.* .17.
Schouwenburgh. *N. Illustris Domina Schowenburgi, Holsteini, & Sternenburgi, Mater Ameliæ, Vxoris Henrici.2ⁱ.* .20.
Solm. *Agnes, Othonis Illustris Domini Solmei filia,*

Vianen. *Reinoldus.2us.Brederodæ, Vianæ, & Ameydæ Dominus.* .17

Vianen. *Suederus Vianius & Ioãnes Vianius Iaerueldus, spe frustrati, &c.* .17

Vlissinghen. *Volphardus Borsalius, Magni-camp Veræ & Vlissingæ Dynasta, Pater Margaretæ primæ vxoris Valrauij.2i.* .18

Voern. *Hildegondis, Henrici Domini Voernensi. Filia, vxor Guilielmi.4i.* .10

Voern. *N. Hæres Domini Voernani, vxor Theodorici, Fratris Beatricis, quæ fuit vxor Theodorici Quarti.* .13.

Voshol. De landẽ van Voshol. *Volphardus Valrauij Secundi ex Margareta filius natu iunior, Cloetingæ & Vosholæ Dominus, &c.* .18.

Voshol. *Reinoldus.4us.Cloetingæ, Asteni, & Vosholæ Dominus, &c.* .21.

Vronenbrouck. *Godefridus Millendoncanus, Goræ & Vronenbrocæ Dominus, maritus Mariæ Filiæ Valrauij.2i.ex Anna.* .18.

Vuren. *Ioannes Fuerenus Auxiliaris Reinoldo Broechusio Vianæ.* .17.

Waerdenburgh. *Gerardus Werdenburgi, Ameroiæ & Broechusæ Dominus, maritus Valrauiæ Valrauij.1i.filiæ.* .16.

Wael. *Guilielmus Waëlus, Iolendæ Amicus, Vianæ cum alijs captus.* .17.

Wassenaer. *Philippus Wassenarus cũ Reinoldo.1o. Leydæ ab Asellinis penè interceptus.* .14.

Wassenaer. *Ioannes & Philippus Wassenari fratres,*

P. C. B. G.

CATALOGVS VRBIVM, OPPIDORVM, VICORVM, omniumq́; ferè locorum, quorum in Historia DD. Brederodiorum facta est mentio.

P. C. Bockenbergij.

ASincourt. Ioannes Brederodius, in funestissima Gallorum clade apud Asincourtum cæsus. .15.

Aken. Valrauius Secundus Aquisgrani Equestrẽ accipit dignitatem. .18.

Amiens. Carolus Bellicosus non procul Ambiano castra facit, cũ Reinoldus Secundus Batauoduro Bergosomum abducitur. .17.

Amstelredam. Gisbertus Valrauij Primi Filius, Amstelredamensium propugnator. .16.

Apcoude. Apcoudæ & Batauoduri Dominatus, à Ioanne Brederodio Cartusiano temerè inuaduntur. .15.

Batensteyn. Gerardus Griemerus, & Seruus Valrauij, Vigiles Batensteyni lapidibus petunt. 17.

Batensteyn. Batensteynũ à Reinoldo Tertio magnificè exornatum. .19.

Berghen opt Zoom. Reinoldus. 2us. cũ Ioãne Amerongio, Batauoduro Bergosomum captiuus ductus. .17.

Bilt. Valrauius Nothus Reinoldi Secũdi ad Biltam

Leyden.

pum conuentu, multum pro Gisberti fratris liberatione sollicitus. .17.

Veluwe. Reinoldus Primus Blosiensi Regulo in Velua succurrit. .14.

Veer. Valrauius Secūdus Veræ in Aula Volphardi. .18.

Vianen. Vincentius Suansburgius Vianam occupat. .18.

Vltraiectensis Cartusia. Ioannes Decimusquintus Brederodæ Dominus, Cartusianus ad Vltraiectum. .15.

Waes. Wasia Flandriæ pars à Reinoldo Secundo vastata. .17.

Wagheninghe. Reinoldus. 1[us]. Blosiensi Regulo in Velua ad Wagheningam auxiliaris. .14.

Wieringhe. Guilielmus Reinoldi Primi Filius, nō procul Viringia, bello nauali infœliciter pugnat. .14.

Wijckte Duerstadt, ofte Wijck. Batauoduri & Apcoudę Dominatus, à Ioanne Brederodio temere inuasi. .15.

Wijck, het Slot. Gisbertus Brederodius Batauoduri in Arce diu captus. .16.

Wijck het Slot. Reinoldus Secundus Batauoduri in Arce dira passus. .17.

Zandtfoort. Valrauius Zantforti, ab Harlemensibus, iniuria affectus. .17.

P. C. B. G.

CATALOGVS ILLVSTRIVM DD. BREDERODIORVM.

FINIS.

Seneca Lib. 3°. de Beneficijs. Cap. 28.

EAdem omnibus principia, eademq́ origo. Nemo altero nobilior nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collocant, Noti magis, quam Nobiles sunt. Vnus omnium parens mundus est, siue per splendidos, siue per sordidos gradus, ad hunc prima cuiusque origo perducitur. Non est quod Te isti decipiant cum maiores suos recensent, &c. Itē Lib. 10. Ep. 77. *Nemo ex istis quos purpuratos vides fœlix est, non magis quàm ex illis quibus sceptrū & chlamidem in scena fabulæ aßignant: cum præsente populo elati incesserunt & cothurnati, simul (ac) exierunt, excalceantur, & ad staturā suam redeunt. Nemo istorum quos diuitiæ honoresq́ in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? Cum basi illum sua metiris, non est magnus pumilio, licet in monte constiterit. Colossus magnitudinem suam seruabit etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur, quod neminem æstimamus*

namus eo quo est, sed adijcimus illi, & ea quibus adornatus est. Atqui cum voles veram Hominis æstimationem inire, & scire qualis sit, nudum inspice: ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat: animum intuere qualis quantusque sit, alieno an suo magnus, &c. Hæc ille in malè gloriosos illos Nobiles, quos vulgus ferè miratur; At Ipse quantum Veræ Nobilitati tribuam, lucubrationibus meis satis declaro.



SAEpe assentari qui Verba & Gesta recensent
Magnatum, solitos discimus esse Viros.
Sed non hoc vitio Tu Bockenberge *laborans,*
Venturæ curam posteritatis habes.
Et Brederodicam *conscribens ordine gentem,*
Publica perpendis commoda, vera refers.
Sic decet officio te fungier, Artibus uti
Sic decet Ingenuum, sic decet esse Virum.
Sic bene de Patria mi Consobrine mereri
Perge, & sis nostræ Stirpis vbique decus.
Ipsæ te Aonides hortantur pergere, Musæ,
Quæ gaudent studijs semper adesse tuis.
Ipsæ te pariter certant defendere, Nullus
Liuor te poterit lædere iure, Vale.

Guitto Henricus Sobburgius
Goudanus.

Lege pagina 35. pro fortunas omne, fortunas omnes; Pag. 74. pro tigno innexus, tigno innixus; Pagi. 98. pro Gertrudi Broechusiæ, Gertrudi Bronchorstiæ. Pagi. 100. pro Iunctus Gulielmi, Iunctus Guilielmæ. Pagi. 107, pro Bonis eius, lege parte Bonorum eius. Pa. 112. pro Reinoldi Tertia, Reinoldi Tertij.

T. C. B. G.

NE VITA TRAGOEDIA.